IS

7.

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
162
C
60
NAPOLI

CONSTITVTIONES,

Et Practicabilia Decreta

SYNODI DIOECESANÆ

AVGVSTÆ ABBATIÆ S. SILVESTRI

DE NONANTVLA

Nullo medio S. Sedi ſubiectæ.

IVSSV EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. D. CARD.

ANTONII BARBERINI

EPISCOPI TVSCVLANEN.

S. R. E. Camerarij, Magni Franciæ Elemoſinarij, & eiuſdem Abbatiæ Abbatis, & perpetui Commendatarij.

A CAESARE DE PANIMOLLIS

In Spiritualibus, & Temporalibus Vicario Generali.

CELEBRATÆ

In Cath. Eccl. S. Silueſtri die 7. & 8. Maij 1658.



BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

Bononiæ, Typis Hæredis Victorij Benatij. 1658. Impreſſoris Abbatialis.
Superiorum permiſſu.

CONSTITVTIONES
Et Practicabilia Decreta
SYNODI DIOECESANAE
AVGVSTAE ABBATIAE S. SILVESTRI
DE NONANTVLA
Nullo medio S. Sedi subiectae.
IVSSV EMINENTISS. ET REVERENDISS. D.D. CARD.
ANTONII BARBERINI
EPISCOPI TVSCVLANI
S.R.E. Camerarii, Magni Franciae Eleemosinarii, & eiusdem Abbatiae Abbatis, & perpetui Commendatarii.
A CAESARE DE [illegible]
In Spiritualibus & Temporalibus Vicario Generali
CELEBRATA
In Cath. Eccl. S. Silvestri [illegible]



BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE III NAPOLI

[illegible]

EDICTVM DE SYNODO

Diœceſana Nonantulæ celebranda,

Cæſar Panimollus I.V.D. Eminent. & Reuer. D.

D. CARD. ANTONII BARBERINI

Epiſcopi Tuſculanen.

S.R.E. Camerarij, Magni Franciæ Elemoſinarij, & Abbatiæ S.Siluestri Nonantulæ Abbatis, & perpetui Commend.&c.in temporalibus, & ſpiritualib. Vic. Gen.

Vniuerſo Clero Nonantulano ſalutem in Domino.

EX vigilanti cultus Diuini cura ad ea potiſſimum mentis aciem dirigere debemus, per quæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ integritas, morum ſanctimonia, Eccleſiarum decus, ac reuerentia maiora in dies recipiat incrementa, & Dominici gregis oues debellatis teterrimis humani generis hoſtibus, qui ſpiritualis ędificij ruinam aſſidue moliuntur, in pacis amenitate paternis, ſollicitiſque ſtudijs fæliciter regantur, & gubernentur. Quapropter vt ij, quibus animarum cura fideliter, eſt concredita efficaciter zelũ Domus Dei recognoſcant, vere Dei iuſtitiam induant, & tanquam Diuini ſo-

ſolis imagines in ſpecula virtutum intueantur, vnde eorum recta viuẽdi rationẽ, ceteri deſumant exempla perfectionis; ex prouido Sac.Conc.Trid. decreto Diœceſ. Synodum, iuſſu Eminentiſs. & Reuerendiſs.D.D.Ant.Barberini Auguſtę Abbat. Abb. & perpetui Commendatarij ſub die 7. Maij proximè futuri feliciter, fauſtèque inchoandam forę omnibus compertum facere duximus.

Monemus interim, & ſub pœnis à ſacris Canonibus conſtitutis arbitrio noſtro irrogandis ſtricte pręcipimus omnibus animarum Curæ Præpoſitis, Eccleſiaſtica beneficia in Diœceſi poſſidentibus, cęteriſque Clericis, qui de iure, conſuetudine, aliaue ratione accedere tenentur, vt ſummo mane præſcripta ſuperius die Nonantulę in Eccleſ.Cathed. S.Silu. talaribus veſtibus, ac ſuperpelliceis ab omni ſorde expurgatis induti conueniant, nec inde venia à nobis nõ impetrata ſub eiſdẽ pęnis recedant.

Animaduertant Parochi antequam iter agrediantur, animarum curã. Eccleſiarum regimen, & pręcipue ęgrotos alijs vitæ, ac morum idoneis Sacerdotibus prouide cõmẽdatos relinquere. Secum vero deferant Inſignia, Bullas, ſeu litteras beneficiorũ, Confeſſionum audiẽdarum, & Ordinum ſuſceptorum. Exhibeant inuentarium omnium, & ſingulorum Eccleſiarum bonorum, ſtabilium, mobilium, ſupellectilis ſacræ, ac onera quæcunq; Miſſarum.

Oſtendant ſtatum, ac numerũ animarum, Catalogum Eccleſiaſticorum in eorum Parochijs exiſtentium.

Denuncient inſuper manifeſtos Vſurarios, Blaſphemos, Concubinarios, Excommunicatos, Coniuges, indiuiduam vitæ conſuetudinem non retinentes, & nomina eorum, qui in Paſchate ſacra Communione refecti non fuerint, omniaque alia, quę ſpiritualibus, aut tẽporalibus indigẽt auxilijs.

Vt autem ex ijs ſpiritualibus commitijs vberrimum fructum percipiamus, poſt huius Edicti publicationem ſinguli Sacerdotes ſæpius Miſſam de Spiritu Sancto celebrent, continuaſque preces ad D. O. M. effundant, ipſi vero Parochi particulares, etiam proceſſiones obeant, publiceque Sanctiſſimam Euchariſtiam exponant, populum benigne exhortando ad Diuinum numen deprecandum, vt tam præſtantiſſimè actioni ſe ſe medium efficacibus auxilijs aſſidere complaceat.

Quod quidem Edictum, vt ad ſingulorum notitiam facilè perueniat omnibus Vicarijs foraneis, ac Parochis tranſmitti curabimus, & eiſdem publicari, ac ad valuas cuiuſcunq; Parochialis, aliaq; loca ſolita affigi mandamus.

Dat. Nonant. ex Abb. Palat. hac die 16. Martij 1658.

Cæſar Panimollus Vic. Gen.

Raynaldus Accurſius Aug. Abb. Nonant. Cancell.

Illu-

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. CÆSARIS DE PANIMOLLIS VICARII GENERALIS Ad Clerum Præmonitio.

Diuinus ille humani generis reparator, qui pro vniuerſa totius Mundi machina, nec exiguam ſanguinis guttam conſperſiſſet, prò inuenienda tamen, ac recuperanda oue, quæ perierat, è ſummo æternæ beatitudinis ſolio egreſſus aſperas huius miſeriarum ſolitudinis ſemitas peragrauit, & in ara Crucis vitam cũ ſanguine libentiſſimè profudit; hoc præſtantiſſimo infiniti amoris indicio ſatis nos edocuit, nihil ita gratum eſſe Deo, & ita curæ vt animarũ ſalus. *Eſt enim fidelis anima Dei filia, ac ſponſa, expreſſa Diuinitatis imago, & ſimilitudo, æternæq; fælicitatis vnica hæres. Vos igitur qui concreditam animarũ curam regitis Chriſtianæq; Reipublicæ gubernacula tractatis, profuſum Chriſti ſanguinem prò animarum ſalute ſedulò proſpicite, cruenta immaculati corporis vulnera aſſidua cõtemplatione ſerius põderate; vt tam præclaro charitatis exemplo non bona fugacia, non momẽtaneas Mundi voluptates, nõ caducas orbis diuitias, ſed virtutum quæſtum, animarum lucra prætioſo, & ineſtimabile fænore quærere valeatis;* per huius Mundi magni ma-

Chryſoſt. hom. 3. in Gen.

Auguſt. in Solil. c. 35.

maris fluctus, procelloſaſque voragines, *conti-nua ſenſualium ventorum agitatione nauem trahi-mus: Vos enim, o Parochi, inter fluctuantium aqua-rum tempeſtates firmiter ſiſtere debetis tanquam ſcopuli eminentes, in quibus omnes errorum fluctus frangantur, & arceantur. Fæliciter tam voracis Oceani ſyrtes perluſtrabimus*, dum habemus prò Naui Eccleſiam, prò velo pœnitentiam, prò gu-bernaculo Crucem, prò nauta Chriſtum, prò vento Spiritum Sanctum. *Si vos vti certiſſima ſpiritualis firmamenti ſydera, ſanctitatis ſplendo-rem, ſapientiæq; claritatem vndique circumferetis, vnde Eccleſiaſtica nauis fauſtè perueniat in por-tum æternæ beatitudinis. Conſurgunt potenter hu-mani generis hoſtes, & furenti armorum turbine ſpiritualis ædificij fundamenta concutere, Chriſtia-namque Rempublicam funditus euertere conantur; propterea Apoſtolus ſedulò nos admonet*, vt ad bel-lum nobis propoſitum curramus. *Difficile eſt irruentem inimicorum impetum compeſcere, ſi vos Parochi, qui Chriſtifidelium duces eſtis ad arma non properetis, à vobis ſpiritualibus propugnaculis immanes inferorum Claſſes debellandæ ſunt, à vo-bis ſuperbum tartarei Goliæ caput virtutum lapi-dibus proſternendum eſt. Si animi virtus deficiat, ſi imbecilles ſunt corporis vires, vti Sacri Anthæi non terram, ſed Cœlum mente tangite, & perfecti*

Chryſoſt. ſuper Matth.

Apoſt. ad Hebr.

roboris, veræque fortitudinis recipietis incrementum. In vinea Domini, vos Parochi, eſtis gladij vitijs radicem exindentes, in domo Dei columnæ, & firmamenta ſpiritualis ædificij, in Eccleſia Chriſti diuinarum gratiarum ærarium, à quò cæci lumen, paruuli doctrinam, dubij conſilium, inopes ſubſidium, & ægroti medelam quærere debent. Recognoſcite iam veſtri oneris grauitatem, veſtræ dignitatis faſtigium, veſtræ nobilitatis conditionem, diligenter perpendite qualis virtutum cultus, qualis ſapientiæ lumen, qualis ſanctitatis ſplendor deceat veſtri nominis maieſtatem. Nulla labes veſtram lucem polluat, nulla macula veſtrum iubar obtenebret, nulla caligo veſtrum ſplendorem confundat, vt ſemitas Domini, & vias, quæ ducunt ad vitam, non vmbra, ſed lumine oſtendatis. Quæ autem in ijs ſpiritualibus comitijs, ſiue ad diuinum cultum amplificandum, ſiue ad Eccleſiaſticam diſciplinam conſeruandam, & augendam, ſiue ad ſacros Ordines, aliaque Religionis officia rite exercenda ſancita fuerint libenter recipite, & has mellifluas Synodales Conſtitutiones, quas ingenioſa deſtillat APIS. Continuò præ manibus habete, & executioni demandate. In cuſtodiendis verò dominici gregis ouibus, aut vti diligentes paſtores vos gerite, aut mutate nomen.

In

In nomine Sanctæ,& indiuiduę Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

DECRETORVM SYNODALIVM

PARS PRIMA.

De Diuino Dei cultu,ſeù de pertinentibus ad Clerum Ritus,& alias functiones Eccleſiaſticas.

De Fidei profeſsione. Praticab. I.

1 SINE firmæ Fidei corruſcante fulmine difficile eſt ſibilãtia hęreſum monſtra proſternere,abſq; puræ fidei ſplendore perardúum eſt tenebroſas infidelitatis caligines profligare. Illibata igitur fides ſit noſtræ turris fortitudinis fundamentum,noſtriq; ſpiritualis ædificij exordium; hoc diuino nitore afflatis cordibus noſtris, fæliciter ſitienti populo ſalutem annuntiabimus; Docendo omnes gentes, prædicando Euangelium omñi creaturæ.

2 Quoties impoſterum de beneficijs quibuſcunq;

Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 12.

curam animarum habentibus quis prouiſus fuerit, in manibus noſtris, ſeu Vicarij Noſtri Generalis intra duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis orthodoxæ fidei publicam facere profeſſionem teneatur, iuxta formam à Pio IV. P.O.M. ſpeciali conſtitutione præſcriptam, alioquin ſciat fructus ſuos non facere, ſed in vſus pauperum, vel in fabricam Eccleſiæ erogari debere, nec ſibi ipſi beneficij poſſeſſionem ſuffragari vltra alias pęnas arbitrio noſtro irrogandas.

Pius IV. conſtit. incip. iniunctum Idib. Nouembr.s 1564.

3 Hæc fidei profeſſio non ſolum emittatur à quocunq; prouiſo per obitum, verum etiam per reſignationem, permutationem, ſeu per aliam collationem quocunq; titulo obtentam.

4 Omnes qui in hac Diœceſi ad verbi Dei prædicationem electi fuerint, niſi prius profeſſionem fecerint ad prædicationis munus obeundum non recipiantur, eiſdemq; patentales litteræ fortaſſe deſuper obtentæ minimè ſuffragentur, ſiumq; non ſortiantur effectum.

5 Ludi Magiſtri, Præceptores, omneſq; alij, qui publicè, vel priuatim quaſcunq; artes, ſeu facultates etiam prima gramaticæ rudimenta, & huiuſmodi alia diſcipulis tradunt, omnino modo quo ſupra profiteri cogantur, alias ab ipſorum officij exercitio arceantur.

6 Medicam quoq; facultatem, & Chirurgiæ artem profitentes, antequam eorum munus exercere incipiāt, omninò profeſſionem emittant ex decreto Pij V. de infirmis viſitandis. Propterea Hebræi, aut Infideles ad medendum non admittantur ſub pæna denegationis Sacramentorum, & priuationis Eccleſiaſticæ ſepulturæ ex conſtit. Greg. XIII.

Pij V. conſt. incip ſuper Gregē 11. Martij 1566. Gre. XIII. An. 1591.

7 Ne vnquam verò ſuper præmiſſis aliqua dubitandi præbeatur occaſio, profitentium nomina, & cognomina vna cum Die, Menſe, & Anno per Cancellarium

Ab-

Abbatialem duobus adhibitis teſtibus in librum referantur.

8 Inuigilent igitur Parochi, & quam primum ad nos deferant toties quoties in eorum parochijs aliquem repererint, qui hiſce noſtris decretis non paruerit, vt de ſufficienti remedio prouidere valeamus.

9 Vt autem compertum, & notum ſit omnibus præcipuè his fortè de fide catholica minus, rectè ſentientibus S. Officij iuriſdictioni ſe ſubiacere ex conſtit. Pauli V. & Vrbani VIII. declaratione promulgatum Edictum Sanctæ Inquiſitionis omninò ſeruetur, & à Parochis in maiori populi frequentia quolibet anno inter Miſſarum ſolemnia ſtatutis temporibus enuncietur.

Paulus V. conſtit. 26. An 1606. Vrb. VIII. 5. Nouembris 1631.

De Doctrina Chriſtiana. Praticab. II.

1 PRæcipui charitatis muneris eſt adoleſcentibus Chriſtianæ virtutis lucem aperire, vt tenebroſa ignorantiæ diſſipata caligine, quiſq; exultet, vt Gigas ad currendam viam ſalutis. Si à teneris Catholicæ ſurgentes plantæ veræ doctrinæ non irrigantur aquis, bonos fructus parere nequeunt, aut vitiantur in radicibus, aut areſcunt in floribus. Chriſtiana quidem Doctrina eſt illa fundamentalis petra, ſuper qua ædificatur Eccleſia Dei: tanti igitur ædificij perfectioni totis viribus inſudandum, ac omni ſedulitate ſtudendum eſt.

2 Enixè omnibus Parochis præcipimus, & mandamus, vt ſaltem diebus Dominicis, alijſq; feſtiuis à prandio Campanæ maioris replicatis ictibus, dent ſignum ad Chriſtianæ Doctrinæ exercitationem congregandum pueros, omneſq; alios, qui intereſſe debent; ad quorum

aduentum præſtò adſint, curent, vt aqua benedicta ſe aſpergant, ante Altare genuflectant, prærces emittant, & ad ſua loca ſine ſtrepitû ſe conferant; diſtribuantur in claſſes, cum diuiſione maſculorum à fœminis, cunctiſq; ex ordine diſcumbentibus iuxta vulgatum Doctrinæ Chriſtianæ libellum, vſq; ad horas Veſperarum munere ſuo fungantur.

3 Legere ſcientibus Chriſtianam Doctrinam, obedientiam ergà Deum, & parentes, bonoſq; mores oſtendant, fideiq; cętera rudimenta memoriæ tradant, Villicos verò, rudioriq; ingenio laborantes ſaltem Sanctæ Crucis ſigno ſe munire ſatagant, Pater noſter, Aue Maria, Credo, decem legis Diuinæ præcepta, Eccleſiæ mandata, ſeptem peccata mortalia, aliaq; neceſſaria diligenter doceant, peractaq; exercitatione decantatis B. M. Virginis Litanijs dimittantur.

4 Publicè, & priuatim etiam inter Miſſarum ſolemnia Parochi admoneant, vt ſtatutis diebus ad Doctrinæ Chriſtianæ ſcholas pueri accedant, Prædicatores cum aderunt maiori ſpiritu, quem à Deo conſequi poterunt perſuadere conentur, Magiſtri Scholarum ſaltem ſemel in hebdomada de omnibus ad Chriſtianam Doctrinam ſpectantibus pueros erudire non prætermittant, Patres, Matreſq; familias ad hanc exercitationem ſedulò tranſmittere curent, ſub grauibus pænis vltra diuinam vltionem arbitrio noſtro irrogandis.

5 Clerici omnes tam in minoribus, quam in maioribus ordinibus conſtituti ſtatutis diebus huiuſmodi exercitationi intereſſe teneantur, vt eorum auxilio diligentiori cura iniunctum onus à Parochijs expleatur, quod ſi poſthabuerint, ad Superiores ordines ſe minimè promouendos ſciant.

6 Quoniam reperiri poſſunt non ſolũ pueri vtriuſq;

ſe-

ſexus, ſed etiam viri, & fœminæ ætate maiores, qui Pater noſter, Aue Maria, Credo, Decem præcepta, aliaq; ad fidem pertinentia non adhuc rectè ſciant, aut malè pronuncient, vt opportunè occurratur; debeant idcirco Parochi ſepius populo denunciare, vt dilucidè ſupradicta capita percipiant, moneantque niſi ea diſtinctè recitauerint à Sacramentis tanquam indignos arcendos fore; vt tamen à rudioribus facilius adiſcantur diebus feſtis inter Miſſarum celebrationem, ſeù poſt Veſperas, alioue opportuno tempore quò frequentior populus ad Eccleſiam conuenit, alta voce eodem Populo repetente dicta capita recitare ſtudeant.

7 Confeſſarij tam Seculares, quam Regulares antequam penitentes (quos rudiores eſſe animaduertunt) in ſacris confeſſionibus audiant, eadem quinq; recitare iubeant, ignaroſq; repertos, opportunis remedijs prouideant, vt de his eruditi ad confeſſiones reuertantur, etiam graues pœnitentias imponendo.

8 Tam præcipuum charitatis opus, vt ardentiùs fidelium cordibus inſeratur, indulgentiæ in hanc cauſam à S. Pontificibus conceſſæ ſaltem ſemel euulgentur ante Kalendas Maij. In ipſis verò Kalendis fieri debeat communio, cum proceſſione generali, & idcirco ſodalitas Doctrinæ Chriſtianæ in locis vbi non reperitur inſtituatur.

De Catholica Verbi Dei Prædicatione. Praticab. III.

1 VT vinea Domini ab hoſtium diripientium incurſu conſeruetur immunis, & Catholica fides maiora in dies incrementa ſuſcipiat, vberiora per verbi

Dei

Dei prædicationem ſunt deferenda ſubſidia. Omnes propterea animarum curæ præpoſiti ſingulis ſaltem diebus Dominicis inter Miſſarum celebrationem ſpiritualibus verbis paſcant oues ſuas, ſacriſq; colloquijs, quæ ad ſalutem ſcitù ſunt neceſſaria doceant, vim, atq; vſum Sacramẽtorum iuxta Cathechiſmi Romani doctrinam, & ex ijs, quæ in Miſſa leguntur aliquid exponant. Quadrageſimalibus verò diebus prædicationis munus ſine noſtro permiſſu non ſibi aſſumant, ſed in ſolitis Eccleſijs vbi deſignantur concionatores, verbum Dei à fidelibus audiatur.

Trid. ſeſ. 5. refor. c. 2. ſeſ. 24. c. 4.

2 Cæteri verò ſiue Seculares, ſiuè Regulares non Parochi ſub grauibus pænis mulctandis, abſq; licentia à nobis impetrata, etiam prætextù cuiuſuis priuilegij prædicare nequeant, nec ipſi quoque Regulares in proprijs Eccleſijs, niſi prius à nobis petita benedictione, quà certis de cauſis denegata, prorſus à concione abſtineant.

Trid. ſeſ. 5. ref. c. 2. ſeſ. 24. reform. c. 4. Greg. XV. conſtit. de exemp. priuil. circa curam animarum 9. Feb. 1626.

3 Parocho per ſe ipſum concionãti non liceat quouis quæſito colore etiam paupertatis eleemoſynam aliquam petere, aut petitam exigere.

Trid. ſeſſ. 24. ref. c. 4.

4 Nemo ad prædicationis munus fungendum admittatur, niſi qui repertus idoneus patentalibus litteris impartitam facultatem à nobis, vel noſtro Vicario Generali in ſcriptis exhibuerit.

5 Concionatores quoniã magis prædicatur exemplo, quam verbis tanti miniſterij magnitudinẽ intueantur, ſint talis vitæ, ac morum integritatis, vt quod ore proferant, factis comprobent, ne cum alios arguant, ipſi redarguantur; quod in alijs improbant in ipſis improbetur: in omnibus actionibus deuotionem oſtendant, ſolitudinem ament, ſecularium familiaritatem vitent, conuiuia recuſent, cum Presbyteris, & Curatis in charitate viuant.

Euan-

6 Euangelicam doctrinam, ſacram Scripturã iuxta Eccleſiæ Catholicæ ſenſum, & Sanctorum Patrum conſenſum exponant, ac proferant, quæſtiones difficiles fugiant, hæreticorum argumenta in medium non afferant, vitia reprehendant, peccatores cum charitate redarguant, efficaciterq; terrere, conſolari, confortari, inflammare conentur, vt errantes ab inferni faucibus reuocentur, electique ad maiora merita, æternaq; præmia concitentur. Certum autem Antichriſti Iudicijq; diem, aut falſa miracula prædicare, interdictum eſſe ſciant, ſub excommunicationis pœna, Papæ reſeruata ex conſtit. Leonis X. *Leo X. 1516.* De Beatæ verò Virginis Conceptione ſermonem habituri à Sac. Trid. Concilij *Trid ſeſ. 5. de pec. orig.* Sanctorumque Pontificum conſtitutionibus non recedant, *Pius V. 1. Decembris 1570.* varias quoq; ac peregrinas doctrinas à charitate, Religioneque diſſonas remoueant, nec demum indulgentiæ ſine noſtra, *Paulus V. 96. A 1616.* aut noſtri Vicarij licentia, populo euulgent, minuſq; *Greg. XV. 29. A. 1622* alicuius particularis indigentiam ſine ſaltem Eccleſiarum Rectorum conſenſu proponant.

7 Antequam ad prædicationis munus explendum ſe conferant, coram Vicario noſtro Generali compareant, vt de neceſſarijs ad ſalutem ſecundum ſpirituales, ac præcipuas Populorum neceſſitates opportunas recipiant inſtructiones. Peractoq; inſuper prædicationis labore ad eundem Vicarium cum teſtimonialibus litteris Parochi de vita, moribus, & concionum fructu reuertantur, eundemq; de omnibus animaduerſis, quibus animarum ſaluti ſit opportunis occurrendum remedijs commonefaciant; alioquin non amplius in hac Diœceſi ſe ad concionandum admittendos fore ſciant.

8 Abſtineant in concionibus alijſq; locis ſe ipſos eleemoſynæ cauſa commendare, minuſq; eleemoſynas, quæ pauperum nomine largiuntur ſibi appropriare,

aut

aut in audiendis confeſſionibus pecuniam, vel dona petere.

Trid. ſeſſ. 24. reform. c. 4. 9 Neceſſaria tamen alimenta, ſolitæq; eleemoſynæ, decenſue habitatio cum ſuis ſupellectilibus iuxta laudabiles conſuetudines benignè ſubminiſtrentur, & elargiantur, quorum præcipua cura, & incumbentia Parochis enixè demandatur. Controuerſiæ ſi quæ oriri contigerint, componantur, ſiue ad nos deferantur, vt opportunis remedijs, quod ratione conſonum videbitur decernatur.

10 Conciones omnes etiam Paſſionis D. N. Ieſu Chriſti diurno tempore habeantur, & in ipſa hora prædicationis, omnes etiam Artifices, Operarij, Manuales, à ſeruilibus operibus vacare, & ad verbum Dei audiendum accedere curent.

De vita, & honeſtate Clericorum. Praticab. IV.

1 NOn ſunt quibus magis plebes, & populi oculos conijcere ſoleant, quam Eccleſiaſticis perſonis quæ ſe diuino miniſterio manciparunt, eorum exemplo vitam, ac mores componunt: induant propterea Sacerdotes Dei iuſtitiam, quia genus electum, & regale ſacerdotium, ita omnium virtutum cultu exornati intueantur, vt vitæ probitate, ac diſciplinæ ſanctitate, cunctis perfectam viuendi normam inſtituant; quod vt facilioribus medijs conſequatur, hæc præcipua inuiolabiliter obſeruare teneantur.

c. Clerici 23. diſ. c. ſi. 41. diſ. & 21. q. 4. per tot. c. Cle- 2 Clerici quocunq; ordine inſigniti, vt à laudabili veſtium ornamento manifeſtum morum præbeant argumentum, non alijs vtantur indumentis, niſi quæ reli-

gio-

gionem deceant, venerationem afferant, & modeſtiam oſtendant, non fulgidè, nec ſordidè ornentur, ſed inter vtrumq; medium quoddam capiant ne corporis decor, aut nimia elegantia affectatus, aut indecenti ſorditate neglectus reddatur.

rici offic. de vit. & honeſt. Cler. Trid. ſeſſ. 14. ref. c. 6. & ſeſſ. 23. c. 16. & 17. t. Cler. de vit. & hon. Cler. Clemens V. in Conc. Vien. Pius V. de Cleri Rom. refor. Sixt. V. cõſtitut. 92. Bull. Cherub. tom. 2.

3 A varijs laicorum induendi conſuetudinibus, nouiſſimiſq; modis abſtineant, Pileos decentis magnitudinis nigro tantum cingulo, abſq; diuerſarum cordularum pompa deferant, Collare ſimplex, & modice latum honeſtè reclinent, holoſerica indumenta, ac pelles pretioſiores remoueant prolixas verò veſtes, vſq; ad talos præcipuè in adminiſtratione Sacramentorum in Miſſæ ſacrificij celebratione, diuiniſq; alijs conficiendis induant, ſub pænis arbitrio noſtro irrogandis etiam priuationis officiorum, beneficiorum, alijſq; contentis in conſtitutionibus Clemen. V. Pij V. & Sixti V.

4 Breuiores verò veſtes ad vſum Campaniæ leuiori labore, vſq; ad genu contextas, iter agentibus, & ruri habitantibus non interdicimus, dummodò omni prorſus poſthabita turgiditate in caligis, diſſectis, calceis, ac crepidis ad elegantiorem formam inciſis, modeſtia in ornatu, honeſtas in colore nempe nigri, griſei, cineritij, alijq; obſcurioris generis demoſtretur.

Con. Episc. 18. Octobr. 1589.

c. per. verſ. pannis de vit. & honeſt. Cler. Clem. 2. in fi. tit. eod.

5 Nemo Clericalem habitum geſtare præſumat, niſi prima tonſura initiatus fuerit. Clerici verò etiam in minoribus beneficiarij non deferentes ſimul habitum, & coronam, non ſolum fori priuilegio, ſed etiam omnibus officijs, & beneficijs Eccleſiaſticis ſe priuatos ſciant. Qui verò ſpontè re nobiſcum non communicata, ſeu ob aliquod delictum Clericalem habitum dimiſerit, ad eundem reaſumendum inhabilis omninò remaneat.

Trid. ſeſſ. 23. ref c. 6. Sixt. V. d. conſtit. 92. Bull. Cherub. tom. 2. Cõg. Epiſc. 7. Iunij 1619. ad Epiſc. Sulmon.

6 Ad eam formam Clericalis corona deferatur,

zum C pro-

Con. Palēt. ſub Vrban. VI Conc. Tolet. 4. prout ratio cuiuſcunq; ordinis expoſtulat, ſit talis magnitudinis, & menſuræ, vt abraſo capillo omnibus conſpicua præbeatur.

7 In Eccleſiaſticis functionibus iuxta peculiarem ſacri miniſterij ritum propria ſuppellex adhibeatur, Cadauera mortuorum nonniſi ſuperpelliceis indutis à Clericis aſſocientur, quæ ſint è tela lini, ſeù canapis albæ, non laceræ, non ſordidæ, minuſq; à pectore diſſectæ.

c. Cler. de vit. & honeſt. Cleri. 8 Diligenti cura comam non nutriant, nec candentibus ferris affectato methodo componant barbam, reclinantes verò pilos vſq; ad ſuperius labrum ita recidant, vt Sanctiſſimi Chriſti Sanguini ſumptioni nullum afferant impedimentum.

c. cū decorē de vit. & honeſt. Cleric. c. p. ne Cleric. vel Monac. c. quādo il 1. & 2. diſt. 44. c. Presbyteri 19. diſt. 34. c. prò reuerentia 54. diſt. 9 Eccleſiaſticorum decori plurimum confert commeſſationes, & inhoneſta extraneorum conuiuia declinare, præcipuè quæ fiunt extra charitatem, & dilectionis gratiam; intemperantia quidem conſortia ſub ſpe iucunditatis venenum infundunt bonis, & occulta quadam virtute ſic alliciunt, vt voluptatibus claudere aures difficillimum reddatur. Proptereà Clericis in nuptialibus, laicalibuſq; conuiuijs intereſſe, cantilenas emittere, fides pulſare, ſonus perfundere, choreas ducere, perſonatos, laruatoue incedere, harum ſerie vetuſtis inherēdo canonibus ſub grauiſſimis pænis prohibemus, in omni verò Clericali conuiuio lectio diuinarum ſcripturarum miſceri debeat.

c. à crapula de vit. et honeſt. Cleric. 10 A crapula, & ebrietate tanquam ab omnium malorum radicibus diligenter abſtineant, nec præſumant alios ad immoderatum potum cogere, vel aliena deprecatione ingurgitare, & ſpecialiter vſum illū quo ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores, & illi iudicio talium plus datur, qui plures inebriat, & calices fæcundiores exhaurit, omninò Clericis interdici-

Innoc. III. in Lateranen. Cōcil.

mus

mus ſub pæna ſuſpenſionis ab officio, & beneficio ex decret. Innocent. III.

11 Ab immoderato riſu, vanis colloquijs, fabulis clericali maieſtati indecentibus abſtineri debeant, indiſcretis vocibus perſtepere, vel obſtinatis altercationibus tumultuoſa verba effundere euitare conentur.

c. quando autem 44. diſt. c. in loco 5. q. 4.

12 Mimis, Ioculatoribus, & Hiſtrionibus non intendant, minuſq; Ioculatores, goliardos, aut ſcurras ſe præbeant, omniaq; alia effugiant, quibus eorum vileſcat miniſterium, aut contumelia Clericali dignitati inferatur. Si enim per annum huiuſmodi artem ignominioſam exercuerint, ſint ipſo iure infames, ſi verò breuiori tempore, monitiq; non reſipuerint, ipſo etiam iure omni priuilegio Clericali careant ex decret. Concil. General. & Bonifatij VIII.

c. penult. de vit. & honeſt. Cler. c. Presbyteri 34. diſ. c nõ opportet de conſac. diſ. 5. Bonifat. VIII. in c. vnic. d vit. & honeſt. Cler. in 6.

13 Cauponas, & Tabernas vti loca intemperantię, atq; incontinentię fomenta Clericis niſi longioris itineris cauſa ingredi, & frequentare non liceat.

c. nõ opportet cum 2. ſeq. diſ. 44.

14 Profanis ſpectaculis, haſtiludijs, ac torneamentis non interſint, & præcipuè comedijs, cum vt plurimum ſint de rebus laſciuis, turpibus, & amoribus mundanis prouocantes Auditores ad malum, & libidinem.

c. Cler. de vit. & hon. Cleric. Pius V. cõſtit. incip. de ſalut. A. 1567.

15 Nemo Clericorum Alearum Taxillorum follis maioris, & ſimilium ludo operam dare præſumat ſub pæna decem aureorum prò qualibet vice, vltrà alias arbitrio noſtro irrogandas, prout quis frequenter in his reus repertus fuerit. Ludus enim non ſolum à diuinis exercitationibus abſtrahit, ſed ſæpe ad altercationes commouet, ad indecentia verba immò ad blaſphemias, aliaq; crimina inducit. Salutis verò, aut recreationis gratia, non tamen cauſa voluptatis, aut auaritiæ ſchacchorum, ſiuè latrunculorum, aut pilæ minoris luſum inter domeſticos parietes permittimus.

c. Clerici de vit. & honeſt. Cleric. c. cum inter de exceſ. Prælat. Trid. ſeſſ. 24. ref. c. 12.

c. 2. in fi. de Cleric. venat.

16 Abſtineant inſuper à ſiluaticis vagationibus, venationibuſq; præſertim clamoris cum armorum vſu, nec propterea canes, accipitres, falcones, & huiuſmodi ad venandum retineant, ſiquidem venatio crudelitatem potius, quam pietatem demonſtrat, qui enim miſerandam in animantibus exercet carnificinam, ſanguinariæ quoq; immanitatis animam inficit, & mentem ab omni pietate alienam induit.

Tot. tit. de cohab. Mulier. cũ Cleric. c. vt Clericorum de vit. & honeſ. Cleric. c. præterhoc c. interdixit cũ ſeq. 32. diſt. c. Cler. 81. diſt. Trid. ſeſſ. 25. refor. c. 14.

17 Vt nulla incontinentiæ macula, aut impudicitiæ ſuſpitione, qui ſe diuino cultui addixerunt, cum Clericalis militiæ dedecore notentur, ſed in conſpectu Omnipotentis Dei, puro corde, & mundo corpore miniſtrare valeant, mulieres in eorum habitationes ſub quouis prætextu, & quocunq; alio colorato etiam ſeruitij velamine non recipiant, aut retineant; multoq; minus cum ſuſpectis fœminis conſortium, & familiaritatem habeant, exceptis Matribus, Sororibus, Auijs, Amitis, & Fratruum vxoribus, aliter iuxta Sacros Canones, & S. Concil. Trid. diſpoſitionem grauioribuſq; alijs prò modo culpæ arbitrio noſtro afficientur pænis.

Cõg. Epiſc. 15. Febr. 1619. & in Ferrarien. 7. Iunij eod. An.

18 Fœminarum verò ſeruitij neceſſitate vrgente, non admittantur, niſi quæ quadrageſimum quintum ætatis ſuæ annum expleuerint, dummodò annorum floriditas ætatem non suppleat, ſuſpectamq; vitam nunquam duxerint.

c. non pila, c. quicunq; 23. q. 4.

19 Vera, & decora Clericorum arma ſunt virtutes, orationes, dolor, fletus, ac lachrimæ, armorum igitur vſus, ac delatio ſiuè ad offenſam, ſiuè ad defenſam eiſdem omninò prohibetur, ſub pæna viginti aureorum irremiſſibiliter exigenda, prò manuali verò tormento, & piſtola iuſtæ menſuræ duplicatam pænam incurrant; ſi tamen palàm arma prædicta detulerint vltra armorum amiſſionem pæna diuturni carceris, cen-

c. in audiẽtia de ſent. excom. c. 2. de vit. & hon. Cler.

tum

tum aureorum, ac etiam ſuſpenſionis, & excommunicationis afficiantur; ſi quis verò ita in vitæ diſcrimine reperiatur, vt rationabili arma deferendi neceſſitate præmatur, tunc omnibus benè maturæq; penſatis opportunam facultatem impartiatur. Cultelli autem ad domeſticum vitæ vſum accommodati, aut ad aliquod opus ruſticum non ſordidum neceſſarij ſub huiuſmodi prohibitione non comprehendantur.

20 Laicorum quibuſcunq; obſequijs ſeruitijſq; non ſe ſubijciant, niſi ex cauſa à Sacerdotali munere non diſſona, & prius à nobis impetrata venia, quæ quotannis renouari debeat.

21 In cauſis criminalibus in foro ſeculari nullum Clerici ferant teſtimonium; in ciuilibus verò præſtito prius in foro Abbatiali iuramento examinari permittatur, dummodò probationes deinde in iuditio criminali non deducantur.

c. neq. d. 88. c. Ciprian. 21. qu. 3. c. teſtimoniũ 11. q. p. Cõg. Epiſc.

22 Abſq; noſtra licentia à Diœceſi non recedant, nec etiam deuotionis gratia peregrinari præſumant.

c. nõ opportet de conſac. d. 5.

23 Noctù diuq; ne fruſtra vagentur, ſed deuotis orationibus, pijſq; meditationibus in cœleſtium rerum contemplatione defixi tempus terere curent; Sacerdotes ſaltem Dominicis diebus ſacrum Miſſæ ſacrificium conficiant, Diaconi, & Subdiaconi bis ſaltem in menſe, ſemel verò in minoribus conſtituti ſacro Euchariſtiæ cibo reficiantur in Domino.

24 Vt populum ſaltem, quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria docere poſſint, prophanorum librorum lectionem fugiant, & ſacrarum litterarum ſtudijs operam nauent, ideo frequenter aſſiduæq; verſentur in lectione veteris nouiq; teſtamenti, Concilij Tridentini, Cathechiſmi Romani, Nauarræ, Toleti, Bonaccinæ, aliorumq; quibus aut Theologiam moralem addiſcant,

c. qua. cum ſeq. diſ. 38.

aut

aut ad pietatem, & cœleſtium dilectionem incitentur.

Tot. tit. ne Cleric. vel Mon. c. negotiatio. c. conſequẽs, c. eijciẽs d. 88. c. Clericus d. 84. c. canonum 14. qu. 4. c. Clericus 1. & 2. d. 91. c. vlt. de vit. & hon Cleric. Clem. 1. eod tit.

25 Vt à vulgari ſecularium viuendi conſuetudine, qui Deo militant ſecluſi, alienique conſpiciantur, omnes Clerici ſacris ordinibus inſigniti, aut de Eccleſiaſtico beneficio prouiſi vſuris non incumbant, ſecularia officia, & negotia abijciant, à ſordido quęſtu, viliqve artificio abſtineant, aliena prædia etiam per interpoſitam perſonam ne conducant, omneſq; alias illicitas mercaturas, turpeſq; negotiationes lucrum referendi cauſa exercere directè, vel indirectè per ſe, vel per alios non præſumant, qui huiuſmodi decreto contrafecerit, graues carceris, & pecuniarias dabit pœnas.

26 Artem Medicam, Chirurgiam, Lanienam, Carnificinam, Fabrilia, & ſimilia indecora ne profiteantur, minimèq; Proxenetæ, aut Tabellionis officio fungantur. Procuratoris verò, ſeu cauſidici non niſi prò rebus Eccleſiæ, prò miſerabilibus perſonis, prò eorum conſanguineis, & in foro Eccleſiaſtico præuia tamen facultate à nobis obtenta exercere valeant.

Operas ſuas ad arandum, fodiendum, nauigandum, ſimiliaq; ſordida locare non audeant.

c. tua nobis, c. Ioannes 19. de teſtam.

Tutelam, ſeu curam non ſuſcipiant, niſi intuitu pietatis, & de noſtra licentia. Executores tamen teſtamentorum ſi deputentur, & relinquantur, mortuorum diſpoſitiones debitæ executioni demandare curent.

c. Clericus diſ. 91. c. fi. de vit. & hon. Cler. Cõg Epiſc. 19. Ian. 1593. ead. 15. Nouemb. 1616.

27 Honeſtam verò negotiationem, decenſq; artificium, non lucri cupiditate, ſed neceſſitatis gratia, vt ſi aliter commodè ſuſtentari, ſibiq; victum comparare nequeat, dummodo diuinus Eccleſiæ cultus non negligatur permittimus. Quapropter beneficiorum fructus, & reditus vendere poſſint, animalia donata retinere, & oues numero centum, vel ſaltem quinquaginta prò certa caſeorum quantitate ad eorum ſuæq; familiæ vſum,

ſeu ad comparanda neceſſaria ad victum, & non ad lucrum, inſuper patrimonialia, vel Eccleſiaſtica bona colere, & prò huiuſmodi cultura, ſeu ad propria paſcua depaſcenda, neceſſaria emere animalia, & cum pinguia facta fuerint, ſeu partus ediderint, illa earumue fœtus ad ſui, ſuorumq; & pauperum dumtaxat ſuſtentationem eodem modo vendere non denegatur, dummodo nihil in fraudem negotiationis directè, vel indirectè peragatur.

28 Ita igitur eorum vitam Clericis non inſtituentibus ſupradictiſq; omnibus, & ſingulis non obtemperantibus, prò modo culpæ, demeriti qualitate, & conditione perſonæ ſeueriſſimè iudicabuntur.

Ead. apud Barbeſ. in ſum. Apoſt. deciſ. colet. 159. n. 9. Redoan. de ſpol. Eccleſ. q. 11. n. 14. Genuen. prax. Epiſ. c. 26. n. 13. et 14. Barboſ. de poteſt. Epiſc. all. 13. nu. 10. & 11.

De Horis Canonicis. Praticab. V.

1 EСcleſiaſtici ſunt operarij illi, quos præcipuè inter alios conſtituit Dominus ad cuſtodiendam vineam ſuam, qui torpens inutiliſq; ſeruus extiterit, hoc eſt, qui quæſtum animarum non fecerit, opera bona non emiſerit, maximaq; animi pietate, deuoto cordis affectu, procliua mentis intentione diuinas laudes ſtatutis temporibus non perſoluerit, promiſſam illam villicationis mercedem, vtiq; non conſequetur; ad diuinam igitur vltionem, iuſtumq; Dei iudicium euitandum, de ijs Clericos admonere decreuimus.

2 Qui Eccleſiaſtico iure, ſiuè ratione ſacrorum ordinum, ſiuè beneficiorum quibus prouiſi reperiuntur, ad diuinum officium recitandum ſunt adſtricti, iuxta Kalendarium ex mandato noſtro quotannis edendum, & Breuiarij Romani rubricas Canonicas horas ſtudioſè, & deuotè recitare debeant. Nulla propterea ritus mutatio introducatur, ſed modus, & forma in Bullis Breuiarij

c. quia per ambitioſã de reſcript. in 6. c. fi. 91. diſt. c. dolentes de celebrat. Miſſar.

uiarij Pij V. & nouiſſimè Vrbani VIII. præſcripta omninò ſeruetur.

Concil. Lateran. ſeſſ. 9. de refor. §. ſtatuim' ſub Iulio II. & Leone X. Pius V. cõſtitut. 135. Bull. Cherub. tom. 2. fol. 260.

3 Diuinum officium legitimo ceſſante impedimento, ſi poſſidentes beneficia Ecclesiaſtica cum cura, vel ſine cura recitare omiſerint, vltra mortiferum crimen, fructus prò rata temporis, & ommiſſionis officij ſuos non faciant, ſed eos tanquam iniuſtè perceptos reſtituere, ſeù in pauperum eleemoſynam, aut Eccleſiæ fabricam erogare teneantur, ex decret. Concil. Lateranen. & Pij V.

4 Huiuſmodi reſtitutionis ſe pariter noſcant obnoxios omnes alij, qui penſiones, aut fructus ex beneficijs Eccleſiaſticis percipiunt, licet officium paruum B. M.V. recitare tantum teneantur, ex dicta Pij V. conſtitutione.

5 Si quis igitur vno, aut pluribus diebus totum officium omiſerit, reſtituat fructus omnes quos illo die, vel illis diebus perceperit, ſi matutinum tantum omiſerit, reſtituat mediam partem fructuum reſpondentem illi tempori, ſi reliquas ſex horas tantum, reſtituat etiam dimidiam partem, ſi aliquam tantum ex illis ſex, reſtituat tantum ſextam partem talis diei, ita vt teneatur ſolum ſextam illius medietatis partem reſtituere, ex dicta Pij V. conſtitutione.

Congr. Rit. 8. April & 28. Octob. 1628.

Ead. 27. Nouemb. 1603.

6 Officia à Sede Apoſtolica non approbata, non recitentur ſub pæna librorum vetitorum, & non ſatisfaciendi muneri recitandi diuinum officium. Nec feſta Kalendarij Romani ad nobiliorem ritum, vt à ſemiduplici ad duplicem ſine licentia Sedis Apoſtolicæ eleuentur, minuſq; relinquatur officium breuiarij debitum prò officio deuotionis.

7 Diuinum officium non mente vltrò diſtracta, non per plateas, & vias, ſed in loco decenti, attentè, deuotè,

& diſtinctè perſoluatur. In Choro autem vana colloquia non habeantur, litteræ non legantur, nec quid aliud ad diuinum officium non pertinens peragatur.

De Officio Parochi. Praticab. VI.

1 AD ea potiſſimum animarum curæ præpoſiti ex incumbenti munere mentis aciem aſſiduè eleuare debent, vt Dominici gregis oues ſub eorum vigilanti cuſtodia in pacis amænitate fæliciter regantur, & gubernentur. Potius igitur oneris grauitatem, quam dignitatis faſtigium intuentes, vitam, ac mores ita inſtituant, vt quod verbis in Eccleſia populum docent, opere confirment, ac veluti in ſpeculo oſtendant.

2 Dominicis, alijſq; diebus feſtiuis, quibus populus ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium audire tenetur, non omittant Parochi prout Tridentina Synodus diſponit in proprijs Eccleſijs celebrare, nec propria parochia ſine Miſſa relicta, in alia Eccleſia ad eam audiendam Populum accedere cogant, etiam abſq; vllo populi incommodo, & ſine vllius reclamatione, non obſtante quacunq; conſuetudine in contrarium introducta, quam pænitus tollimus, & abrogamus. Si verò in aliquibus feſtiuitatibus ſibi inuicem Parochi auxiliari maluerint, celebrato ſacro in proprijs Eccleſijs, neceſſarijſq; alijs functionibus peractis, ad inſeruiendum alteri accedant.

Trid. ſeſſ. 23. c. 14. de reform.

Cōg. Cōcil. in Lucana 15. Septēbris 1629. per Barboſ. de offic. Paroc. p. 1. c. 11. nu. 3.

3 In Eccleſijs quibus ita numeroſa ſit Populi frequentia, vt Sacramentis miniſtrandis vnus Rector ſufficere nequeat, tot Sacerdotes ex approbatis aſſumantur, quot ad cultum diuinum peragendum, & ad exhibenda Sacramenta ſufficiant.

Trid. ſeſſ. 21. de ref. c. 4. c. & tēporis 16. q. 1. c. fi. de Eccl. Dei.

4 Sacerdotalia munera, ac Presbyterales functio-

Cong Rit. 18. Maij 1601 apud Quarant. in verbo Miſſa in c. Trid. ſeſſ. 24. c. 1.

nes, quæ non ad Capellanos, ſeù Sacriſtas, ſed ad Parochos ipſos ſpectant; nouerint eſſe benedictiones Candelarum, Cinerum, Palmarum, Fontis Baptiſmalis, Nuptiarum, Mulierumq; poſt Partum, ex Concil. Trid. delationem Sanctiſſimi Sacramenti, & quæcunq; alia circa eius cultum, & 40. horarum orationem, celebrationes Miſſarum feria 5. in Cœna Domini, & Sabbati Sancti, Aſperſiones domorum, & Populi Dominicis diebus, ac ſimilibus.

5 Inter cæteras paſtoralis officij curas in eam præcipuè Parochus incumbat, vt ſana orthodoxa doctrina, boniq; incorruptiq; mores in plebibus ſuis conſeruentur, & vitia, corruptelæ; abuſus, irrationabiles conſuetudines, potiſſimumq; falſa dogmata, & omni conatu auertantur, & profligantur.

6 Diſcordias, diſſidia, cæteraſq; controuerſias inter filios ſpirituales permittere non debeat, ſed velociter omni prudentia illas componere curet, vt pax, quam pro ditiſſima hæreditate Chriſtus Deus noſter nobis reliquit, inuiolata remaneat. Qui verò longa, & diuturna obſtinatione in odio proximi ſui perſiſtere maluerint, habita prius matura conſideratione, etiam nobis re communicata, à fidelium cætu arceantur.

Trid. ſeſſ. 23. c. 1.

7 Boni patrisfamilias exemplo ſtudioſè inuigilent erga pauperes, pupillos, orphanos, puellas nubiles, viduas, ſenio confectos, aliaſq; miſerabiles perſonas ſpirituali, ac temporali miſeratione indigentes, vt eorum hortatu alij ad charitatis actus exercendos incitentur.

8 Aegrotos præcipuè in vitæ diſcrimine conſtitutos frequenter viſitent; pia habeant in promptu argumenta ex Pſalmorum Scripturæq; Sacræ, aut Sanctorum Patruum exemplis deſumpta ad animam, è mali languoribus reficiendam, & ad peccatorum deteſtatio-

nem,

nem, perfectumq; dolorem infirmum inducendum, vt ſpem veniæ æternæq; gloriæ concipiat. Et ſi infirmus incipiat agonizari, aduertant Parochi maiorem habere obligationem adiuuandi, & opem ferendi in eo ſtatu, à quò vel in bono, vel in malo dependet æternitas. Tanti igitur ſpiritualis negotij vrgentia non patitur Parochum à propria reſidentia abeſſe, & quotidiè ad oppida viciniores, Villas ſe conferre, ſiquidem ſi propter talem abſentiam, aliquem abſq; Sacramentis, alijſq; ſuffragijs Eccleſiaſticis decedere contigerit, vltra diuinam indignationem, grauiſſimas dabit pænas.

Dionyſ. Carthuſ. de quatuor nouiſ. art. 37.

9 Diligens inſuper inquiſitio à Parochis non prætermittatur aduerſus eos, qui intra limites ſuæ parochiæ diutius in cōcubinatu degunt, illicitas mercaturas exercent, vſurariæ prauitatis contractus ineunt, ſimoniaca pacta conueniunt, alioſq; qui ſalutis æternæ immemores, aut in excommunicatione vltra annum inſordeſcũt, aut Eccleſiaſtica bona vſurpare, & vſurpata in tuta conſcientia retinere, non verentur; noſcant, audaces virginum raptores, nepharios alienarum mulierum adulteros, virginum inceſtuoſos, corruptores, & ſtupratores, Sacrilegos mulierum, quæ ſe Deo manciparunt contaminatores, Coniugeſqui ſeparato thoro abſq; Eccleſiæ iudicio indiuiduam vitæ conſuetudinem non retinent, animaduertant an in gradibus prohibitis, & canonicis impedimentis matrimonia celebrata reperiantur, vt præfatis omnibus, & per ſe ipſos, & nobis certioratis, opportunis remedijs occurri valeat.

10 Capellanum nemo ſibi eligere præſumat, niſi præuio examine prò idoneo in Abbatiali foro approbatus fuerit, non tamen per huiuſmodi electionem eximatur Parochus à curæ onere ſubeundo, vt ſuo muneri ſatisfeciſſe credat, Capellanum enim in adiutorium,

non vt curæ onus ſuſtineat ſciat aſſumendum.

Trid. ſeſſ. 24. de ref. matrim. c. 2.

Cōg Epiſc. in Cauen. 3. Iunij 1604. Greg. XV. deciſ. 359. n. 5. & ibi Add. nu. 9. Ferētil. ad deciſ. Burat. 11. n. 5.

11 Quatuor Matriculæ, ſeu libri, nempe Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum, & Mortuorum, ab vnoquoq; Parocho conficiantur, in quibus diligenter, ac diſtinctè omnes deſcribantur partitæ ad formam Ritualis Rom. ſub bona cuſtodia retineantur, ne falſentur, aut rumpantur, & vbicunq; requiſitus fuerit Parochus, teneatur de illis fides facere neceſſarias etiam gratis, vbi non ſit ſolitum legitimè introductum mercedem exigendi, ex decret. Cong. Epiſc. fides autem vt in iudicio, & extra probationem faciat, extrahi debeat cum formali tranſcriptione partitę de verbo ad verbum ſicut iacet, præmittendo hæc verba.

Ego N. Parochus Eccleſiæ S. N. de N. fidem facio qualiter in libro Baptizatorum dictæ Eccleſiæ fo. . . . adeſt ſequens partita videlicet die . . menſe . . . (& inſeratur tenor partitæ.) In quorum, &c. Datum, &c. Ego N. de N. Parochus ſupradictus manu propria.

12 Ne vnquam huiuſmodi matriculæ ad alienas manus deueniendo in graue aliorum præiudicium, adulterino charactere vitientur, præcipimus, & mandamus, vt extenſis litteris, & non per figuras Aritmeticas, vulgò Abaco, Dies, Menſis, & Annus conſcribatur, ſub pæna decem aureorum.

Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 1.

13 Habeat inſuper tres alias matriculas, in quarum vna ſtatus animarum ſuæ Parochiæ clarè, & diſtinctè adnotetur, vt oues ſuas non ſolum in genere, quoad earum numerum, ſed etiam in ſpecie familias ſingulas, & in indiuiduo perſonas, prout tenetur, agnoſcere quæat. In alia, Indulgentiæ, reliquiæ, Sacra ſuppellex, redditus omnes Eccleſiaſtici, oblationes, primitię, Decimæ, bona mobilia, immobilia, ac Miſſarum onera regiſtrentur. Tertia verò deſeruire debeat prò regiſtrandis

dis decretis in actu generalium viſitationum interponendis iuxta Eccleſiarum indigentias, quæ matricula, ſeu liber, in qualibet noua viſitatione Dominis Viſitatoribus oſtendi debeat, vt proſpiciatur, an decreta in præterita viſitatione interpoſita debitæ executioni demandata fuerint, ſub pæna trium aureorum.

14 Sine ſpeciali licentia à nobis, ſeu noſtro Vicario Generali in ſcriptis obtenta, nemo etiam pro pijs locis ad eleemoſynas quærendas admittatur, nec eiſdem Indulgentias publicare, Reliquias oſtendere, Campanas pulſare, Sermones facere permittatur; debeant propterea eleemoſynarum quæſtores antequam eleemoſynas colligere incipiant, litteras patentales Parocho conſignare, illiq; ſe ſe cognoſcendos præbere, à quò animaduertendum erit, an ſeruent ea ad quæ obligantur. Regulares verò quæſtuantes extra loca vbi habent Monaſteria teneantur inſuper nobis, ſeù noſtro Vicario Generali exhibere licentiam ſuorum ſuperiorum, ex decret. S. Cong. Concil.

Trid. ſeſ. 5. de ref c. 2. §. quæſtores verò, et ſeſ. 21. c. 9.

Gre. XIII. An. 1582. Clem. 2. de Pænitent.

Cõg. Cõcil. apud Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 109. nu. 8.

15 Parochiales ædes, ſeu aliam domum propè Eccleſiam intra limites ſuæ Parochiæ ſitam omnino Parochus inhabitet, ſub pęna ammiſſionis fructuum, & etiam priuationis ipſius beneficij.

16 Sacramentorum adminiſtrandi facultas, licet Parochus alteri etiam ſimplici Sacerdoti demandare poſſit. Sacramenti verò pęnitentiæ quoad examen, & approbationem ad nos tantum ſpectare ſciat.

Trid. ſeſſ. 23 de ref. c. 15. Cõg. Epiſc. 20. Aug. 1602.

17 Sacra ſuppellex, ac vaſa, vetuſtate, & longo vſu conſumpta, quæ amplius ſacris miniſterijs deſeruire nequeunt, in vſum prophanum nullatenus conuertantur, ſed comburantur, & cineres in ſacrario recondantur. Recentioribus verò, niſi ſancta benedictione prius afficiantur, vti non liceat.

Li-

18 Liceat Parocho aduenarum, & peregrinorum confeſſiones tempore Paſchali audire, eiſdemq; Sacramentum Euchariſtiæ miniſtrare, & neceſſariam fidem tradere, niſi ex induſtria ad euitandam in propria Parochia Sacramentorum ſumptionem diuertiſſe nouerint.

19 In feſto Aſcenſionis N. Vicario Generali ſignificent eos, qui in Paſchate ad Sanctæ Matris Eccleſiæ præſcriptum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumere neglexerunt, ſub pœna arbitraria, etiam ſuſpenſionis.

20 Veſperas in diebus feſtis alta voce, ſtatuta hora canant, ad quas decantandas omnes Clerici ad propriam Parochiam accedere teneantur.

21 Signum Salutationis Angelicæ mane, meridie, & Veſperi, ac prima noctis hora ad excitandum populum ad orandum prò animabus igne purgantibus ſolitis campanæ ictibus oſtendere non prætermittant.

Trid. ſeſſ. 25. de ref. c. 1. in fi. 22 Deponant demum curati nimium affectum erga propinquos, Hoſpitalitatem ament, & aſſiduam familiaritatem cum ſuis Parochianis fugiant.

De denunciatione Vigiliarum, Feſtorum, eorumq; obſeruantia. Prat. VII.

1 ITa in ſordidum lucrum deprauata circumfertur hominum cupiditas, vt deploranda condictione dies feſtos potius ſeruilibus violentur operibus, quam pijs orationibus ſoluatur penſum cœleſtium beneficiorum ab ineffabili rerum conditoris miſericordia ergà nos largè collatorum, quod ſicuti maximam nobis incutit amaritudinem, ità enixè præcipimus, & mandamus,

vt Parochi poſtquam inter Miſſarum ſolemnia pio eloquio neceſſaria ad ſalutem, quæ ſequenda, quæue fugienda ad obtinendam vitam æternam explicauerint, debeant populo denunciare vigilias, in quibus ea hebdomada, ex præcepto Eccleſiæ, vel ex loci conſuetudine ieiunare tenetur. Et ſecundum conſtitutionem Vrbani VIII. prò obſeruatione feſtorum editam, publicare dies feſtos pariter ex præcepto à Chriſti fidelibus colendos.

Trid. ſeſſ. 25. refor. in decret. de delect. cibor. poſt decret. 21. Vrb VIII. conſt. incip. vniuerſa die 13. Septemb. An. 1642.

2 Feſtorum obſeruantia debeat eſſe viginti quatuor horarum à media nocte præcedentis diei inchoandæ, vſq; ad aliam ſequentis terminandæ, propterea omninò damnamus, & abrogamus ruſticorum, & fortaſsè grauiſſimarum perſonarum errores, putantium poſt veſperas, ſeù vt aiunt alla baſſa hora licitum eſſe laborare.

l. more Romanorũ, ff. de ferijs.

3 Feſtis diebus omnes Chriſti fideles ſumma veneratione Eccleſias frequentent, maxima attentione ſacrum audiant, diuinis officijs deuotè intendant, ab omni illicitò, & ſeruili opere abſtineant, mercaturas non faciant, profanæ negociationes, & iudiciorum ſtrepitus conquieſcant, ſub grauiſſimis pænis arbitrio noſtro vltra diuinam indignationem, & amiſſionem rerum, & animalium iuxta conſtit. Pij V. contrauenientes multandis.

Pius V. cõſtit. circa ordinat. diuini cultus. Bull. Cherub. 5. §. 7. tom. 2.

4 Sententiæ ciuiles, aut criminales non proferantur, teſtes licet die iuridica iuramentum præſtiterint, non examinentur, etiam in foro laicorum, niſi fortè prò expeditione reorum in vincula coniectorum, aut prò cauſa alimentorum, ſeù mercedis miſerabilibus perſonis debitæ; contractus non celebrentur, nec iuramenta deferantur, niſi prò pace celebranda, aut alia vrgenti neceſſitate, quæ dilationem non patiatur.

c. cõqueſtus de ferijs. c. 1. tit. eod. l. omnes Iudices, C. eod.

5 Currus non onerentur, aut onerata vehentur, niſi in caſu neceſſitatis; & tempore meſſis, & vindemiarum.

Dum

c.Irreligioſa de côſecrat.diſt.3.

6 Dum diuina celebrantur officia, choreæ, ſaltationes, tripudia, ludi, haſtiludia, ſpectacula ne fiant; nec Circulatoribus fabulis populum detinere, aut quidquam etiam medicamenti prætextu, vendi permittatur, abſq; expreſſa licentia à nobis, ſeù Vicario noſtro in ſcriptis obtenta.

Côg.Côcil. apud Quarant. verb. dies feſt. verſ. quò verò.

7 Ordinationes circa obſeruantiam diuini cultus quouis prætextu, etiam mercaturarum, nundinarum, & cuiuſuis alterius negotij quantumuis vrgentis non violentur, non tamen prohibeatur agaſonibus, alijſq; iumentorum Vectoribus ſarcinas exonerare, & deponere, inceptumq; iter Miſſa prius audita proſequi, non tamen licitum ſit ſarcinas componere, & iumenta onerare ad iter de nouo incipiendum, neq; mercatoribus, aut alijs ciuibus, & viatoribus ijs diebus etiam clauſis Apothecis merces vendere, emere, aut alibi aſportare, niſi tantum ad victum neceſſaria.

Ead. apud Barboſ. de offic.Paroc. p. 1. c. 26. n. 15. Côg. Epiſc. 10. Aug. 1592.

8 Quoad Nundinas, quæ non ſunt ſolemnes, & peractis ſacris fiunt in feſto alicuius Sancti, ante atrium eiuſdem Eccleſiæ, conſuetudo huc vſq; tollerata ſeruetur.

9 Cibaria, quæ recentiora ſumuntur, vt olera fructus, herbæ, lacticinia, ſimiliaq; vendi diebus feſtis non ſit prohibitum; alia verò victui, vel ad ſalutem neceſſaria, quæ in officinis, vel Aromatarijs venduntur priuatim, & non publicè Oſtiolo tantum patente diſpenſentur, prout cæteri Artifices, qui in Apothecis habitant, Oſtiolum tantum apertum retinere valeant.

c.licet, et c. fi. de ferijs. Côg. Epiſc. 2. Auguſt. 1594. et 8. Nouembr. 1597 & in Ciuit. Caſtellan. 21. Aug. 1615.

10 Licentiam laborandi diebus feſtis quatenus, vel vitæ ſubſtentandæ, vel damni euitandi neceſſitas vrgeat, aut pietas ſuadeat, à Parocho non concedatur, & ſuper hoc omnem diſpenſandi facultatem ſibi interdictam eſſe ſciat, niſi fortè ad noſtrum Vicarium Generalem, aut ſaltem foraneum de facili recurſus haberi nequeat,

præ-

præcipuè imminentibus tempeſtatibus, aut tempore meſſis, vindemiarum, recollectionis fæni, alijſq; rebus mora, & tempore perituris.

11 Omnes aliæ actiones quæ prohibentur, & quæ tollerari poſſunt, diebus feſtis attenta Pij V. conſtitutione. Tridentini ſacrorumq; Canonum pluribus ſanctionibus pæculiari edicto ita diſertè, prolixèq; recenſere curauimus, vt in præſentia nil aliud addendum, vel minuendum, ſed eius tantum obſeruantiam omnibus enixè commendare iudicamus.

Cōg. Cōcil. apud Quarāt. in verbo dies feſtus, verſ. Cōg. Cōcil. ead. apud Gauant. in Manual. verb. feſti dies n. 46.

De Ieiunio. Praticab. VIII.

1 Rebelles, ac tumultuantes humanæ carnis concupiſcentiæ aduerſus ſpiritum fortioribus non comprimuntur armis, quam diuini ieiunij virtutibus. Eſt enim ieiunium ſubſtantia, & imago cœleſtis, continentiæ magiſterium, pudicitiæ diſciplina, infirmitatis leuamen, maximumq; ſalutis alimentum; vt igitur *fideles parati ſint ad ſeruitium Domini, non auidi exiſtant in omni epulatione, nec ſe effundant ſuper eſcam.*

S. Ambroſ. lib. de Helia, & Ieiun. c. 8. Sapiēs Eccleſ. 37.

2 Doceant idcircò Parochi poſt publicatas vigilias, quibus de præcepto Eccleſiæ eſt ieiunandum, non ſolum ab æſu carnium abſtinendum, ſemelq; tantum in die circa horam meridianam comedendum, ſerotino inſuper ex conſuetudine permiſſo ientaculo, verum etiam ab omni mortiferæ culpæ reatu vacandum; expoſtulat enim religioſa ieiunij obſeruantia ſeueriorem morum diſciplinam in veſtibus, colloquijs, & operibus, ac frequentiorem orationum, eleemoſynarum, & Sacramentorum vſum.

Trid. ſeſſ. 25. decret. de delect. cib. c. deniq; diſt. 4. de obſeru Ieiun. per tot. c. ieiunium de conſecr. diſt. 5.

3 Valdè etiam laudabile iudicamus ad tollendos

omnes errores, vt ſuis plebibus declarent qualitatem, & quantitatem veſpertinæ refectionis, quæ labores, quæ itinera, quæ aduerſæ valetudinis conditio, quæ ætas iuuenes, & ſenio confectos à ieiunio excuſet, lactantes, ſeu prægnantes mulieres, an & quando teneantur, & ſimilia iuxta probabiliores moralium Theologorum ſententias.

4 Si dies feſtus incidat in diem vigiliæ de præcepto omninò ſeruetur ieiunium, ſi verò occurrat in Dominica, transferatur in Sabbatum præcedens.

5 Dominica Quinquageſimæ poſt publicatas ordinationes, & monita prò Quadrageſimalis ieiunij obſeruantia euulgent quoq; Parochi decretum, quod nemo poſt mediam noctem, quæ diem Quadrageſimæ præcedit cibis veſcatur prohibitis, aut perſonatus incedat ſub grauiſſimis pænis etiam interdicti, arbitrio noſtro irrogandis, & ne vlla excuſationis qualitas ſuffragetur, ſignum mediæ noctis exactè maiori campana oſtendant.

6 Initio Quadrageſimæ ſtudeant, vt inter perſonas ſuæ curæ ſubiectas, diſſidia componantur, aberrantes reducantur, Concubinarij reuocentur, opportunaq; remedia cæteris alijs emendatione, aut correptione dignis præbeantur.

7 Prima verò Dominica eiuſdem ſummatim publicentur Excommunicationes à ſacris canonibus impoſitæ, & præſertim in Bulla Cœnæ.

8 Cibi vetiti Quadrageſimali tempore durante, non in foro, nec in via publica, aut in cauponæ valuis omninò patentibus, ſed certis conſtitutis locis venales exponantur, nec omnis carnis genus vẽdatur, niſi quod vſui ęgrotorum deſeruiat, ijſq; tantum diſpenſetur, qui ex iuſta cauſa licentiam in ſcriptis obtentam oſtenderint, ſub pæna contrauenientibus decem aureorum.

Fa-

9 Facultas veſcendi cibis prohibitis ad aliquod determinatum tempus concedatur, & prout neceſſitas expoſtulabit, prorogetur: cauſa verò ceſſante omninò eadem facultas ceſſare debeat.

10 Si ad noſtrum Vicarium Generalem de facili iter haberi nequeat, & iuſta concurrat cauſa, ieiunium etiam quoad ęſum carnium diſpenſandi Parochis neceſſariam facultatem concedimus, & impartimur, ſeruata tamen forma Edicti prò Quadrageſimalis ieiunij obſeruantia emanati.

De Indulgentijs. Praticab. IX.

1 INeffabilis Dei miſericordia, vt nihil fidelium ſaluti profuturum inconſultum relinqueret, poteſtatem indulgentias quoq; conferendi liberaliter Eccleſiæ ſuæ conceſſit; vt virtute, & communicatione immenſitatis meritorum Paſſionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorum, aliorumq; fidelium bonorum operum ab Abel vſq; ad nouiſſimum iuſtum, obtineatur remiſſio pænarum ex peccatis iam remiſſis debitarum. Propterea anathemate damnantur, qui indulgentias inutiles aſſerunt, vel eas concedendi in Eccleſia poteſtatem eſſe negant. Studeant igitur omni ſpiritu, omniq; conatu Parochi ſuis fidelibus perſuadere, ad nullam occaſionem prout ſe obtulerit inanem relinquendam, vberrimos indulgentiarum fructus conſequendi. *Trid. ſeſſ. 25. poſt c. 21. decr. de indulg.*

2 Doceant inſuper eas omnibus prodeſſe, etiam animabus igne purgantibus per modum ſuffragij, vt ex plurimorum Pontificum, & Conciliorum decretis, inuiolatoq; Sanctę Matris Eccleſiæ conſenſu determina-

tum eſt; non tamen læthali culpæ obnoxios tam prætioſo theſauro diteſcere poſſe, niſi ſacramenti pœnitentiæ medio, & ea præſtando quæ in ipſarum litteris exprimuntur, in Dei gratia reuertantur.

3 Quoniam ſanctarum indulgentiarum munus, piè ſanctè, incorruptèq; fidelibus diſpenſari debet, omnes prauos quæſtus pro his conſequendis omninò abolendos eſſe, non tam peculiari S. Trident. præſcripto ſtatutum fuit, quam præcipua Pij V. conſtitutione pariter reuocatæ fuerunt omnes illæ, quæ continebant quæſtus, & manus adiutrices; ideo ad tollendos abuſus, qui forſan oriri poſſent, præcipimus, & mandamus quod diploma indulgentiarum ne arculis eleemoſynarum, hinc indè ardentibus luminibus affigatur, ſed apud altare collocetur apertum, ita vt capſulæ omninò ab ipſo altari remotæ ſint.

Trid. ſeſſ. 25. de ref. tit. de indulgent. Pius V. cõſtit. incip. & ſi dominici 17. Februar. An. 1567. apud Quarãt. in verb. indulg.

4 Prohibemus inſuper ex eiuſdem Trid. decreto omnibus Eccleſiarum Rectoribus, cæteriſq; perſonis Eccleſiaſticis, ſiuè ſecularibus, ſiuè regularibus, ac laicorum Societatum, & Confraternitatum Prioribus Indulgentias eorum Eccleſijs conceſſas publicare, non obſtante quacunq; exemptione, aut priuilegij prętextu, niſi prius earum litteris coram noſtro Vicario Generali exhibitis, legitimèq; etiam adhibitis duobus de Capitulo ſcientia, & prudentia probatis viris recognitis, opportunò tempore publicandi facultatem impartiatur.

Trid. ſeſſ. 21. de ref. c. 9. Cong. Cõcil. add. c. 9. apud Barboſ. de offic. Paroc. c. 16. n. 19. p. 1.

5 Clauſula in indulgentijs papalibus apponi ſolita dummodo alia non conceſſerimus, de alia ſimili expreſſa in eadem conceſſione intelligi debere declaramus.

DD. apud Gauant. in manual. V. indulg. nu. 17.

De

De reſidentia per Curatos facienda. Praticab. X.

1 ANimarum curæ præpoſiti, veluti gubernatores, & præfecti gregis ſibi commiſſi (*Attendite vniuerſo gregi in quò Spiritus Sanctus vos poſuit*) impoſitum ſubire onus, propriumq; munus adimplere nequeunt, niſi in propria cura, prout de iure diuino tenentur, perſonalem reſidentiam faciant. Quapropter ſub quouis prætextu etiam infirmitatis, inſalubris aeris, grauiſſimarum inimicitiarum, & cuiuſuis aliæ vrgentiſſimę, grauiſſimæq; cauſæ nobis inconſultis à propriarum Eccleſiarum reſidentia recedere præſumant, ſi quis autem huius decreti diſpoſitioni contrafecerit, ſciat ſe ex Trident. præſcripto præter alias pænas aduerſus non reſidentes à diuerſis S. Pontificibus impoſitas, & innouatas, ac mortalis peccati reatum, prò rata temporis abſentiæ früctus ſuos non facere, nec tuta conſcientia alia etiam declaratione non ſecuta illos ſibi detinere poſſe, ſed fabricæ Eccleſiæ, aut pauperibus loci erogare tenere. Et nos contra contumaces ſententijs, & cenſuris Eccleſiaſticis, ac peccuniarijs, ſequeſtratione, & ſubtractione fructuum, ac etiam priuationis ipſarum Parochialium, & aliorum quorumcunq; beneficiorum pænis, quacunq; appellatione remota animaduertemus, ex conſtit. Pij V.

Actorū 20.

Trid. ſeſſ. 23. reſ. c. 1. & ſeſſ. 24. c. 12. refor. c. 2. c. relatum, c. ex parte, c. qualiter de Cleric. nō reſiden.

Pius V. cōſtit. incip. Cupientes 65. Bullar. Cherub fo. 197. tom. 2.

2 Nec ab huiuſmodi reſidentia quis excuſari valeat ſub prætextu, quod beneficium ſit tenue, & modici commodi, & multò minus ſi ratione infirmitatis, aut ſenectutis coadiutorem alicui deputari contingat.

c cōquerēte de Cler. nō reſiden.

Deciſ. apud Garc. de benef. p. 3. c. 2. n. 178.

3 Ita verò perſonalis reſidentiæ ratio propriam bene-

Ludouic. à S. Ioan. de reſidē. n. 2. verſ. nota 6. & nu. 8. Caiet. 2. 2. q. 185. a. 5.

beneficiati induſtriam expoſtulat, vt non alio modo ſuo muneri ſatisfacere poſſit, quam per ſe ipſum, & non per alium etiam æquè, benè, & fortè melius populo inſeruiendo, & propterea Cappellano totam animarum curam committi rationi conſentaneum non iudicatur; cum vti nequeat vt homine, qui portet pondus diei, & æſtus, ſed vti ſocio laboris.

Trid. ſeſſ. 23. reſ. c. 1. §. eadem omnino.

4 Quamuis ex Trident. diſpoſitionis permiſſu Parochis indulgeatur abeſſe à reſidentia per duos menſes ſingulis annis, ſiue interruptos, ſiue continuos, hoc tamen non ex propria authoritate ſibi arrogare debent, ſed de noſtra licentia æqua ex cauſa, & ſine graui gregis detrimento in ſcriptis gratis concedenda, dummodo Parochia idoneo, & approbato Sacerdoti, vel viciniori Parocho commendetur, & huiuſmodi abſentia non contingat tempore quo anniuerſaria, Aduentus Domini, Natalis, Quadrageſimæ, Reſurrectionis, Pentecoſtes, & Corporis Chriſti memoria celebretur.

5 Ex rationabili verò cauſa ſi nullus aliqua infirmitate præmatur, & prò alijs contingentibus altero Sacerdoti cura relinquatur, ſingulis menſibus abſq; licentia, & alicuius pænæ incurſu per duos, aut ad ſummum tres dies extra Parochiam pernoctare permittimus.

6 Inhabitet Parochus propriam Eccleſiæ domum, vel aliam (quatenus careat) intra eiuſdem Parochię limites ſitam, ita tamen debeat eſſe vicina, vt indè commodè per ſe ipſum inſeruire poſſit, nec excuſari valeat, quod non adſit commoda domus canonicalis, & ſit magna aeris intemperies, & retineat Cappellanum, & ipſe accedat ſingulis diebus feſtis.

De

De Præcedentiæ forma ſeruanda.
Praticab. XI.

1 VT controuerſiæ de præcedentia, quæ præcipuè in Eccleſiaſticis functionibus non ſine ſcandali nota exoriri ſolent è medio tollantur, inherendo diſpoſitioni S. Concil. Trid. ſciſma, & diſſenſione contingente ſi tempus minimè ſinat ad nos habendi recurſum, præcipimus, & ordinamus, vt ſeruetur conſuetudo hactenus obſeruata, etiam ſi diſpoſitioni iuris communis repugnaret.

Trid. ſeſſ. 25. de reg. et Monial. c. 12.

Greg. XV. deciſ. 124. nu. 2. vbi Add. nu. 4.

2 Rector intra propriam Eccleſiam præcedère debeat omnes alios maiores in celebrandis Miſſis ſolemnibus, funeribus peragendis, & alijs quibuſcunq; præeminentijs concernentibus proprium ipſius Rectoris officium, etiam ſi extra illud, alij præponi deberent. Quapropter incedens cum alijs non exercens proprium officium, præcedentiam prætendere nequeat, quamuis Stolam deferat; cum Stola non conferat iuriſdictionem, & prærogatiuam, ſed tantum ſit ſignum Sacerdotale.

Caſſan. in Catal. glo. Mūdi p. 4. conſiderat. 81.

3 Inter Presbyteros curatos eiuſdem ordinis, & aliam prærogatiuam non habentes, proprius Parochus in omnibus functionibus præcedat. In funeralibus verò incedat ante feretrum iuxtà Rituale Romanum. Reſpectu verò Parochi in cuius Eccleſia quis eſt mortuus, præcedentia detur Parocho illius Eccleſiæ, ad quam defunctus defertur.

Rit. Rom. tit. de exeq. pag. 150.

Barboſ. de offic. Paroc. p. 1. c. 9. n. 13. in fi.

4 Curatus in ſua Eccleſia in ſcamno, non autem in ſede ſedere debeat.

Cong. Rit.

5 Rectores, & Clerici ſeculares præcedant Regulares tam Monachos, quam Fratres quorumcunq; ordi-

Clē. VIII. conſt. incip. decet Rom. Pontificem.

num,

num, etiam mendicantium in funerum aſſociationibus, proceſſionibus, & alijs huiuſmodi publicis actionibus, nec mixtim incedant, quacunq; contraria conſuetudine non obſtante; præferaturq; Clerus ſecularis in omnibus locis, etiam in proprijs Eccleſijs, & Conuentibus Fratrum, Monachorum, & Religioſorum quorumcunq;

20. Febru. 1601. & alia incip. qua ad remouendum 5. Nouembris 1603. Greg. XV. alia incip. alias à felicis 3. Auguſt. 1622. Gre XIII. conſtit. 84. §. 3. Bullar. Cherub. tom. 2.

6 Regulares inter ſe, aut Sodales Confraternitatum, qui in quaſi poſſeſſione præcedentiæ, ac iuris præcedendi ſunt, quibuſcunq; reclamationibus, proteſtationibus, appellationibus, & alijs ſubterfugijs prorſus remotis, & poſtpoſitis in proceſſionibus tam publicis, quam priuatis præcedere debeant, quando verò non probetur, aut non conſtet de quaſi poſſeſſione præcedentiæ, inter Fratres Mendicantes ij, qui antiquiores in loco controuerſiæ, inter Confratres verò ij, qui prius pallijs, ſeù ſaccis vſi ſunt, præcedant.

Ead. Conſt. Gre. XIII. §. 4.

7 Reuerendi Patres Capuccini in proceſſionibus publicis ſub Conuentualium Sancti Franciſci, aut Minorum de Obſeruantia Fratrum nuncupatorum incedere valeant.

Cong. Rit. in Lauden. 12. Iulij 1628. apud Aldan. in cōpēd. Canon. reſol. li. 1. tit. 23. num. 2.

8 Societas Sanctiſſimi Sacramenti in omnibus actionibus in die feſti Corporis Chriſti præcedere debeat, etiam in deferendo Baldachinum, dummodo accedat ad alias proceſſiones; eiuſdem Priores à latere vmbellæ poſt Clerum, non ante eos progrẻdi quoq; valeat.

Ead 30. Ianuar. 1616. apud Gauant. in verb. proceſſion. 39.

De Proceſsionibus. Praticab. XII.

1 PRoceſſionum ſolemnitas à primæuis vſq; temporibus inſtituta, aut ad diuinam iram placandam, peccatorumq; veniam opportuniori medio conſequendam, aut ad cœleſtia beneficia promerenda, ſiuè de iam col-

collatis gratias peragendas; maiori quà poteſt religione ſicuti par eſt celebrari, ita omnes abuſus temporum vitio, morumq; deprauatione hactenus introductos expedit remoueri.

2 Ad Proceſſiones igitur publicas, generales, conſuetas, aut prò bono publico, aut alia emergenti neceſſitate indictas, in numero debito, decenti, & conſueto accedere debeant Eccleſiaſtici omnes, tam ſeculares, quam regulares, quantumuis exempti, alijque Clerici licet in minoribus ordinibus conſtituti, etiam beneficia ſimplicia, & officia in Diœceſi obtinentes, cætereq; laicorum ſodalitates, ſub pæna vnius auri prò qualibet vice, alijſq; arbitrio noſtro prò modo contumaciæ irrogandis. *Trid. ſeſſ. 25. de reg. c. 13. Cong. Rit. 30. Auguſ. 1602. Deciſ. apud Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 1. c. 43. nu. 158.*

3 Ad Eccleſiam vbi proceſſio eſt dirigenda omnes conuenire debeant, geſtetur Crux decenti velo ex ſerico contexta, hinc indè luminibus accenſis in ſignum reuerentiæ, & ſubiectionis. *Congr. Rit. 14. Ianua. 1617.*

4 Omnes de Clero ſeculari in huiuſmodi functionibus, excepta aſſociatione, & proceſſione Sanctiſſimi Sacramenti incedant cum bireto in capite, thalari veſte, mundiſq; ſuperpelliceis induti, præcipuè Cruces deferentes, niſi intempeſtiui temporis, malarumq; viarum, aut montuoſi loci qualitas aliter expoſtularet, tempore verò medij quò dirigitur, ſeu ſolemne ſacrum celebratur intra Eccleſiam orationibus vacent. *Ead 3. Maij 1633.*

5 Campanæ pulſentur dum exit, & redit Clerus, ac deuotus fidelium cætus, Pſalmi, Hymni, Litaniæ in ipſa Eccleſia inchoatæ piè, ac deuotè in itinere proſequantur, & in reditu ad Eccleſiam abſoluantur, antequam populus à ſuperiore, benedictione ſalutetur.

6 Proceſſio Sanctiſſimi Corporis Chriſti ſicuti omnibus perſonis Eccleſiaſticis, ſiuè ſecularibus, ſiuè regulari-

Gre. XIII. An. 1573. Bull. Cherub. conſt. 10. §. 2. tō. 2. fol. 280.

laribus, in quacunq; die infra octauam, ex indultu Gregorij XIII. conceditur, ita æquitati, ac religioni valdè conſentaneum videtur, vt omni pompa, apparatu, veneratione, & honore, in omnibus Terris, Villis, ac Communibus noſtræ iuriſdictioni ſubiectis celebretur.

7 Prætioſior adhibeatur vmbella, cerei in manibus Cleri ſint vniformes, ſpectacula in vijs publicis non exhibeantur; merces, eſculenta, aut poculenta deferri, aut vendi non permittatur; Mulieres, alijque laici non è feneſtris, aut prò foribus inſpiciant, ſed ex ædibus anterioribus adorent, & venerentur. Officinæ verò tempore proceſſionis omninò claudantur ſub pæna vnius aurei.

8 Cum Sanctiſſimo Chriſti Corpore aliæ Sanctorum non deferantur reliquiæ, ipſum verò Sanctiſſimum in hoſtia magna recondatur, in decenti tabernaculo geſtatorio, perlucido cryſtallo circundato, lunolam argenteam ſaltem auro litam habente, cum ſuppoſito ſcuto huiuſmodi operis, vt hoſtiæ collapſa fragmenta colligi queant.

Cong. Rit. 26. Febru. 1628.

9 Regularibus non liceat niſi de noſtra licentia, aut ſaltem Parochi conſenſu extra Eccleſiæ ambitum proceſſiones facere, dummodo ſpeciali priuilegio eiſdem non reperiatur indultum, ſed eam intra Clauſtra, aut per ipſam Eccleſiam, exeundo ab vna porta, & ab alia intrando, dirigere tantum valeant; quod idem ſeruari mandamus in proceſſionibus priuatis Confraternitatum; à quorum ſodalibus proceſſio Sanctiſſimi Sacramenti fieri nequeat, niſi aliter de Parochi conſenſu ſit in more poſitum, ſed quotannis proceſſionaliter incedant in gratiarum actionem doni indulgentiarum à Sede Apoſtolica conceſſi.

Ead. ibid. Cōg. Epiſc. 6. Auguſti 1591.

10 Seruetur laudabilis conſuetudo in parochiali-

bus

bus proceſſionem faciendi prima Dominica cuiuslibet menſis.

11 Sine ſpeciali noſtra licentia nulla ſimulachra B.M.V. Sanctorumuè, etiam ſi apud Populum peculiarem haberent venerationem circumferantur, ſed imagines tantum ex ſerico textilis operis depictæ, ac elaboratæ.

De Oratione quadraginta horarum. Praticab. XIII.

1 AD Diuinæ iuſtitiæ gladium ſuſpendendum, & Omnipotentis Dei miſerationem, gratiarumq; abundantiam vberiùs cœlitus promerendam, recurrendum eſt ad illam deſideriorum noſtrorum internunciam, ac reconciliatricem orationem, quà D.O.M. ſub illis ſpeciebus adorandus exponitur, cuius pius, ac laudabilis cultus, vt ea pietate, ac religione, quà inſtitutus fuit non modò retineatur, quam in dies vberioribus incrementis propagetur; hæc in præſentia ſeruanda proponimus.

2 Non fiat hæc oratio coram Sanctiſſimo per quadraginta horas, niſi in Parochialibus, vbi aſſiduè aſſeruatur Euchariſtia, in alijs verò Eccleſijs, etiam Regularium, niſi de noſtra expreſſa licentia. *C. Rit. 26. Februarij 1628.*

3 In Eccleſijs Monialium ſi huiuſmodi celebretur oratio, veſpertinis horis repoſita Sanctiſſima Euchariſtia in Tabernaculo maiori, nemo prorſus introducatur, ſed Eccleſia omninò claudatur; quæ tamen Moniales à Choro anteriori per ſtatutas noctis horas ſibi inuicem diſtributas ad orandum perſeuerent.

4 Si alicuius pietate, aut grauis negotij neceſſitate

Cōg. Epiſc. 7. Septemb. 1598. Sanctiſſimum exhiberi debeat, ponatur tantummodò pixis velata in oſtio Tabernaculi, debitas laturus pœnas, qui contra huius decreti obſeruantiam attentare præſumpſerit.

Cōg. Epiſc. 6. Auguſti 1591. 5 Occaſione huius orationis Sanctiſſima Euchariſtia extra Templi ambitum non deferatur, quod idem ſeruetur in feria 5. & 6. maioris hebdomadæ, etiam ob circulum conficiendum, ex decret. Cong. Epiſc. noctù ſi nemo poſſit aſſiſtere recondatur in tabernaculo, & interdiù compenſetur oratio maioris ſpatij interuallò.

6 Vt tamen debito decore, & omni maiori pompa tanti Sacramenti functio perſoluatur, honorificè exornetur Altare, ſex ad minus colluceant cærei, totidemq; lampades, Clerus, & Populus, ac fidelium multitudo in charitatis ſpiritu coadunata ex corde humili, & animo contrito concurrat, & interſit; Clerici duo, aut ſaltem vnus mundo ſuperpelliceo indutus continuò aſſiſtat prò aptandis luminibus, alijſq; contingentijs.

7 Præter ſolitas capſulas, quæ de more in Eccleſia retinentur, aliæ pelues, aut vaſa quæſtuatoria huiuſmodi occaſione minimè exponantur.

8 Enixè curetur, vt mares à fœminis diſtincta ſtatione in eadem Eccleſia permaneant; noctù verò fœminæ nullatenus introducantur.

De Funeribus, & Sepulturis. Praticab. XIV.

1 BArbaream verè quidem oſtenderet crudelitatem, qui erga defunctos nulla miſeratione motus, præcipuos charitatis actus non exerceret; *Iacet enim corpus exanime, ac gelidum, homo ſine homine, cadauer ſine ſpi-*

S. Auguſt. ſerm. 1. de cōſol. mort.

ſpiritu, acclamatur, nec reſpondet, vocatur, & non exaudit, deperditis vitalibus functionibus, qui fuit non eſt, nemo ſuorum adiuuat, nec auxilium poſtulare poteſt, quam ob cauſam nos eò magis commoueri æquum eſt. Vt igitur priſtina Catholicæ diſciplinæ ratione funera perſoluantur, hæc debitæ executioni omninò demandentur.

2 Sub quouis prætextu etiam iuris ſepulturæ compoſitionis, quartæ funeralis, ſeù quauis alterius controuerſiæ occaſione mortuorum cadauera humari non retardetur, cum nulla ratio patiatur, chriſtianæq; pietati repugnet, præcipuè verò ob pecuniarum intereſſe cadauera inſepulta remanere; laudabiles propterea hucuſq; introductæ ſeruentur conſuetudines, ad quarum obſeruantiam humato corpore per nos opportunis medijs contrauenientes compellentur.

Cōg. Epiſc. 5. Maij, & 17. Septēb. 1617. c. abolendæ de ſepult.

c. ad Apoſtolicam de ſimon.

3 Quoniam in pauperes, & miſerabiles perſonas æquum eſt, vt maior charitas adhibeatur, idcircò gratis, immò ſuis ſumptibus à Parocho Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradantur.

Ead. 5. Maij 1617. in Caſſan.

4 Prò tumulandis cadaueribus exterorum à Parochis non plus exigatur, quam ab alijs de parochia exigi ſolet. Viatores verò decedentes dum tranſeunt, in eorum Parochijs, & cæmeterijs ab eiſdem ſepeliantur.

Ead. 17. Maij 1617.

Ead. 9. Iun. 1592.

5 Defunctorum corpora ſepulturæ ne tradantur ante Solis ortum, aut poſt eius occaſum, & niſi ad minus duodecima ab obitu elapſa hora, & vigeſimaquarta quò ad alios, qui repentino morbo, aut prægnantiæ cauſa ex hac vita migrauerint.

6 Omnibus prohibetur nouam in aliqua Eccleſia conſtruere ſepulturam, abſq; expreſſa noſtra licentia in ſcriptis concedenda, & niſi ſeruata forma conſtitutionis Sanctæ memoriæ Pij V.

Caual. deciſ. 15. n. 2.

Pius V. cōſtit. 5. Bull. Cherub. §. 6. tom. 2. fol. 135.

7 Vt in Eccleſijs nihil indecens intueatur, capſæ om-

Pius V. d. cōſtit. §. 6.

C. Epiſc. in Termular. 8. Februar. 1594. in Interamn. 13. Septēb. 1593. in Meſſanen. 23. Martij 1601.

omnes,& depoſita, ſeù alia cadauerum conditoria ſuper terram exiſtentia omninò amoueantur, & in cæmeterijs, aut tumbis profundis infra terram collocentur.

8 Propè altare, ſeù bradellis nemo ſepeliatur, vicina ſepulcra ſi quæ exiſtant repleantur, & donec corpora aliò transferantur, in illo Altari non celebretur. Propterea ſepulcrorum oſtium ab Altaris ſcabellis ligneis, vel bradella trium cubitorum diſtantia longè abſit, ita vt ſepultura ipſa ad ſcabellum ligneum non pertingat.

Ead. in Tranē. 10. Nouembris 1599.

C. Rit. in Capuana 31. Martij 1629.

9 Sepultura tanquam actus liberæ voluntatis ab omnibus eligi poſſit etiam in Eccleſijs Regularium, dummodo à iure non prohibeatur, & proprio Parocho quarta funeralis reſeruetur; cui vt debita reuerentia exhibeatur, nequeunt propterea Regulares,& alij Presbyteri ſeculares eodem irrequiſito, aut ſine eiuſdem præſentia mortuorum cadauera, è domo leuare, aut ſepelire, qui requiſitus ſi intereſſe recuſauerit, vel petitam licentiam denegauerit, in Eccleſia electa ſine ipſius licentia, & interuentu tumulentur.

C. Epiſc. in Montis pilari 1585. Et apud Aldan. in cōp. Canon. reſol. lib. 4. tit. 17. nu. 35. deciſ. 22. Decēb. 1629.

C. Epiſc. in Brixiē. 18. Iunij 1591. in Nicoteren. 5. Iunij 1615.

10 Ad Curatum verò in cuius Parochia defunctus obijt, & non ad Regulares in quorum Eccleſia defunctus defertur, ſpectet, ac pertineat, ſeù ius habeat benedicendi corpus defuncti, funerale ducendi, & proſequendi, omniaq; alia officia, in domo, & per viam præſtandi, perindè ac ſi in propria Parochia functio perſoluenda eſſet; poſtquam verò cadauer in Regularium Eccleſijs collocatum fuerit, cæteræ functiones Pſalmi reſponſoria, aliæue præces ab ipſis regularibus perſoluantur.

C. Rit. in Squillacē. 18. Nouēb. 1606. in Eugubina 12. Martij, & 5. Iulij 1613. in Placent & Liten. 23. Maij 1619. in Catanię.

11 Omnes Eccleſiaſtici ſiuè Regulares, ſiuè Seculares, aliæq; laicorum Confraternitates vocatæ ad funus, ad Parochialem defuncti, aut ad Eccleſiam, è qua cadauer

uer amouetur conueniant, non tamen expectent per vias, vel ad Domum defuncti, quacunq; conſuetudine non obſtante, & quamuis in Fcclеſijs Regularium ſepultura dari deberet. Viam per quam defunctus deferri debeat Parochus declaret, cuius declarationi omninò omnes acquieſcant, & pareant.

12 Defunctorum cadauera ſi in Eccleſia Parochiali deponantur, vt deindè extrahantur, nihil Eccleſiæ Parochiali debeatur, exceptis iuribus parochialibus, directè tamen deferantur ad Eccleſiam, in quà fuerit electa ſepultura, quacunq; conſuetudine in contrarium introducta non obſtante.

13 Non conuocentur à Parocho alij Sacerdotes prò obeundis funeribus, vltra electos ab hæredibus defuncti, à quibus ſi nulli deſtinati fuerint, tunc ius conuocandi deuoluatur ad Parochum.

14 Confraternitates Laicorum ad funeralia mortuorum non accedant niſi ſpecialiter, & expreſsè vocentur.

15 Strictè caueant omnes Eccleſiaſtici, ſiuè ſeculares, ſiuè regulares ægrotos inducere ad eligendam ſepulturam in proprijs Eccleſijs, præcipuè ſub voto, vel promiſſione de non mutanda electione, ſub pæna Excommunicationis ipſo facto incurrendæ Summo Pontifici reſeruatę. Proptereà ne reddatur electio ſuggeſtiua infirmus in genere, & non in ſpecie, in quà Eccleſia tumulari maluerit interrogetur.

16 Fides non adhibeatur Religioſo atteſtanti infirmum in Eccleſia ſui ordinis ſepulturam elegiſſe, niſi eius dictum depoſitionibus fide dignorum teſtium comprobetur.

17 Clericorum Sepulchra vbi commodè fieri poteſt à ſepulchris laicorum ſeparata, & decentiori loco ſita ſint. Par-

Ciuit. Platiæ 12. Octobris 1619. C. Epiſc. in Turritan. 24. Nouēb. 1617. C. Rit. in Bononiē. 9. Dec. 1617. in Tropien. 16. Febru. 1631. in Thelesina 12. Febru. 1633. & in Ciman. 15. Dec. 1632. in Senogaliē. 26. Auguſti 1616. C. Epiſc. in Vigleuanē. 13. Nouēb. 1600. C. Epiſc. in Caſtellanatē. 3. Ianuar. 1594 C. Rit. in Placentina 23. Martij 1619. Ead. in Vmbriaticen. 25. Febru. 1606. & in Polıgañen. 21. Maij 1618. Ead. in Laudē. 20. Aug. 1601. in Ferrar. 7. Septembris 1613.

C. Epiſc. in Caſſanē. 5. Maij 1617. C. Rit. in Bononiē. 9. Dec. 1617. c. 1. de ſepult. in 6. Clem. cupientes, §. ſane de pœnis. C. Epiſ. 11. Decembris 1615. Rit. Rom. de ſepult. & exeq. Eod. Ritual. Vrb. VIII. conſtit. 37. §. 3. Bull. Cher. to. 4. fol. 54.

18 Paruuli verò baptizati humentur in ſpeciali ſepultura, ſeù particulari loco in cæmeterio, & Crux in eiſdem aſſociandis ſine haſta deferatur.

19 Nullus in locis noſtræ iuriſdictioni ſubiectis Veſpillonis officio fungatur, niſi à nobis, vel ſaltem à Vicarijs foraneis approbetur.

20 Sepulchris defunctorum qui cum fama ſanctitatis obierunt, & impoſterum obierint, tabellæ, atq; imagines, ex cera, argento, ſeù quacunq; alia materia, tam pictæ, quam fictæ, ſiuè elaboratę, ſiuè exculptæ, non appendantur, aut affigantur, minuſq; deſuper, ſeù ante, lampades, candelæ, cerei, & quæcunq; alia lumina accendantur; niſi prius à nobis facta recognitióne Sedi Apoſtolicæ referenda, & approbanda, ex conſtit. Vrban. VIII. Tabellæ verò, ſeù imagines collatæ gratiæ interceſſione hominum inter Sanctos, ac Beatos non adſcriptorum fidem facientes, ſimul cum deferentis aliorumq;, qui conſcij fuerint atteſtationibus recipiantur, & ſtatim omnia ad nos deferantur, vt nobis approbantibus, in ſecreto aliquo ſeorſum ab Eccleſia loco collocentur, & aſſeruentur, ex declarat. eiuſdem Vrbani VIII. §. 11.

21 Eccleſiaſtica ſepultura à quocunq; ſiuè ſeculari, ſiuè regulari ſub pænis à Sacris Canonibus inflictis irremiſſibiliter exequendis, infraſcriptis denegetur.

c. ſacris de ſentē. excō. Clem. 1. de ſepult. C. Epiſ. in Holana 19. Iulij 1619. d. Clem. c. quia de vſur. c quoniam eod. tit. in 6.

Qui priuantur Eccleſiaſtica Sepultura.

EXcommunicati notoriè, & denunciati, niſi in articulo mortis pœnitentiæ ſigna dediſſent, & ſimiliter notorij, interdicti, & denunciati.

Publici, & manifeſti vſurarij, niſi alienum reſtituerint, vel idoneam cautionem de reſtituendo præſtiterint.

Inſi-

Infideles, Pagani, Iudæi, Hæretici, etiam ſi poſt mortem appareret de hæreſi.

c. excõmunic. §. credentes de haret.

Manifeſti Raptores, niſi reſtitutione ſecuta, vel alius velit prò illis reſtituere.

c. ſuper eo de rapt.

Decedentes in torneamentis, ſeù duello, etiam ſi pœnitentiæ ſigna dederint, ſi verò delictum non ſit notorium, ſed tantum eos in duello mortuos fuiſſe publicè conſtet, res ad nos deferatur, vt peropportunè quid expediat declarare valeat.

c. 1. & 2. de torneament.

Qui ſemel in anno confiteri, & Euchariſtiæ Sacramentum in paſchate ſumere notoriè intermiſerint, niſi de conſilio Sacerdotis prorogaſſent.

c. omnis vtriuſq; ſexus de pœnit. & remiſ.

Religioſi vtriuſq; ſexus proprietarij, ſi moniti à Superiore, abſq; emendatione, & pœnitentia deceſſerint.

c. Monaci de ſtat. Monach.

Quilibet peccator notorius in ipſo peccato mortali decedens impenitens nullo dato ſigno contritionis.

glo. in c. ex parte 11. de ſepult. in verb. cõmunicabatur.

Occidens ſe ipſum ex induſtria, non tamen ſi ex furore, aut inſania.

c. placuit 23. q. 5.

Blaſphemantes publicè Deum, ſi pœnitentiam eis iniunctam non egerint.

c 2. in fi. de Maled.

Clerici notoriè concubinarij perſeuerantes vſq; ad mortem ſine pœnitentia.

c. quæſitũ. c. quibus 13. qu. 2. c. placuit 23. qu. 5.

Non reſtituentes decimas Eccleſiæ.

c. prohibemus de decim.

De Sacris Reliquijs. Praticab. XV.

1 INnenarrabili ſanè Dei beneficio multiplici Sanctorum fulgore, ac meritis ita mirabiliter vniuerſus refulget orbis, ita mirum in modum militans condecoratur Eccleſia, ita innumerabilia quotidiè mortalibus conferuntur beneficia, vt maximo decore, magnoq; Religio-

ligionis cultu, non tam Sanӕi ipſi, qui triumphant in Cœlis, quam ſacra ipſorum corpora, & reliquiæ ſunt in terris venerandæ, vt debitus tamen in earum adoratione exhibeatur honos, & opportuna adhibeatur cautio, ad remouendam omnem ſuperſtitionis ſuſpicionem, hęc ſeruanda ſtatuimus.

c.1 & 2. de reliq et vener. Sanct. Trid. ſeſſ. 25. de inuoc. vener. et reliq Sãctorum. Sixt. V. cõſtit. 88 §. 3. Bull. Cherub. tom. 2. fol. 488.

2 Nouæ, & incertæ reliquiæ ab omnibus etiam regularibus quantumuis exemptis non recipiantur, aut populo adorandæ exhibeantur, aut prædicentur, niſi à nobis etiam aliorum piorum, ac grauiſſimorum virorum adhibito conſilio, facta recognitione, & approbatione, quid magis in Domino expedire videatur maturè prouideamus, ſed ipſæ incertæ in loco honeſto à certis, & approbatis ſeparatæ ſemper clauſæ conſeruentur.

3 Certæ verò, & indubitatæ, & quæ ab antiquo continuata populorum veneratione, ac noſtrorum anteceſſorum iudicio approbatæ cenſentur, eadem veneratione habeantur, quà hactenus habitæ fuerunt, in opportunis armarijs decenter ornatis, & honorabilibus thecis reconditæ, duabus occludantur clauibus, quarum vna pænes Eccleſiæ Rectorem, altera pænes eum, ad quem ex conſuetudine ſpectat retineatur.

4 Non exponantur ſacræ Reliquię niſi à Sacerdote, ſeù alio ſacris ordinibus initiato, ſuperpelliceo, & ſtola induto, quatuor ſaltem cereis collucentibus, non paſſim, ſed ſtatutis, ac ſolitis anni fæſtiuitatibus, aut grauis neceſſitatis cauſa; quæſtus verò gratia eaſdem oſtendi omninò ſit interdictum ſub grauiſſimis pænis à nobis irrogandis.

5 Semper thurificari debeant, ſiuè exponantur, ſiuè recondantur, ac Thuriferario præcedente proceſſionaliter deferantur.

6 In Tabernaculo Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, nec

cum

cum ſacris Oleis, aut in Sacello vbi adoratur Sanctiſſimum, nunquam aſſeruentur; ſed in alijs Eccleſię honorabilibus locis.

7 Vaſa Thecæ, ſeù vt dicuntur reliquiarij ſtatuta prece benedicantur, antequam in eis reponantur, nec ex eiſdem eruantur, aut ab vno loco ad alium ſine iuſta cauſa, & facultate à nobis impetrata trasferantur.

8 Ab Eccleſia ad infirmos deferri, & præcipuè abradi, & earum raſuram, & puluerem cum potu eiſdem dari omninò interdicimus. *C. Epiſ. 17. Decembris 1591.*

9 Corpora Sanctorum nondum canonizatorum ſub nullo altari collocari debeant.

10 Si ad ornatum alicuius Crucis, ſeù alterius piæ imaginis coronidis reliquiæ non approbatæ collocatæ reperiantur, quaſi acceſſoriæ cum ea (& non vt principaliter adorentur) exponi poſſe non prohibemus.

11 In Oratorijs priuatis non retineantur, niſi de noſtra licentia, & dummodo à laicis non tractentur.

12 In Eccleſia in quà conditæ ſint Reliquiæ inſignes, vt eſt Corpus, Caput, Brachium, Crus, aut alia pars in quà paſſus eſt Martyr, modò ſit integra, & non parua, & legitimè approbata, diem feſtum, & officium duplex illius Sancti, cuius eſt reliquia celebrari poſſit. *S. Rit. Cõg. 8. Aprilis 1628.*

De Miraculis. Praticab. XVI.

1 VT non minus in Sanctorum Miraculis recenſendis omnis ſuperſtitioſæ Religionis vmbra, ac turpis quæſtus vitium amoueatur, ab omnibus pariter Eccleſiaſticis, ſiuè ſecularibus, ſiuè regularibus noua miracula, ſeù reuelationes non adhuc à Sancta Sede approbatæ non prædicentur, aut recenſeantur, qui *Trid. ſeſſ. 25. decret. de vener. Sanct.*

Leo X. Bul. 21. incip. ſuperna maieſtatis.

enim temerario auſu falſa miracula prædicare præſumpſerit, vltra diuinam indignationem, & alias pænas à nobis irrogandas, Papali excommunicationi ſubijciat, ex conſt. Leonis X.

2 Nemo cuiuſcunq; ſtatus, gradus, & conditionis exiſtat, audeat per ſe, vel per alios inquirere, ſeù informationes capere ſuper alicuius defuncti ſanctitate, & miraculis, & teſtes deſuper examinare, aut obtinere ad hunc effectum extraiudiciales teſtificationes, aut ſubſcriptiones, quantumuis ſub fama ſanctitatis ex hac vita migrauerit, ſub pænis arbitrio Sacræ Congregationis Rituum.

C. Rit. 12. Maÿ 1631.

Ead. d. Decret.

3 Rectores verò, ac Sacriſtæ cuiuſq; Eccleſiæ recipere valeant reuelata miracula, ſeù prophetiæ dona ſub ſigillo ſecreti ab ipſis tantum, in quorum gratiam contigiſſe narrabitur, & quamprimùm eadem ad nos in caſus cõntingentia deferant, vel obſignata tranſmittant, cum expreſſa declaratione, quod huiuſmodi reuelationes nullum probationis gradum conſtituant, etiam cuiuſuis longiſſimi temporis curſu.

Vrb VIII. 13. Martij 1625. cõſt. 37 Bullar. Cherub. ſo. 54. tom. 4. §. 2.

4 Strictiùs ſit interdictum libros de ſacrorum geſtis miraculiſq; typis mandare, ſine noſtra, ac Theologorum conſultatione, & approbatione, ac re prius communicata cum Sede Apoſtolica.

C. Concil. apud Barboſ. in collect. DD. in Cõc. Trid. ſeſſ. 25. tit. de ſacris Imagin. nu. 8.

5 Prohibitio de non recipiendo, & prædicando noua miracula ſeruetur, tum de miraculis Sanctorum canonizatorum, quam de miraculis perſonæ non canonizatæ, ex declarat. S. Cong. Concil.

De

De Sacris Imaginibus, & Sanctorum veneratione. Prat. XVII.

1 Ecclesiarum decus, vt ſua quà decet maieſtate intueatur, & cœleſti Beatorum gloriæ conſimilis fidelium in terris correſpondeat cultus, & veneratio, chriſtianæ pietati valdè conſentaneum reputatur, in eorum ſimulachris, pijſq; imaginibus nihil laſciuum, inordinatum, præpoſterum, prophanum, & inhoneſtum apparere; vt igitur Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi, & Vrbani VIII. decreta inuiolatè ſeruentur, piæ Imagines extra morem non effigiantur, pingantur, formentur, aut ornentur, nec inſolitæ in Eccleſijs exponantur, noſtra prius non præcedente recognitione, & approbatione; cum habitu peculiari alicuius ordinis Regularis minimè veſtiantur; ſed eo habitu, & forma, prout in Catholica, & Apoſtolica Eccleſia ab antiquo tempore conſuetum fuit.

Trid. ſeſſ. 25. decret. de Sacr. Imag.

Vrb VIII. conſt. incip. Sacroſãcta Tridẽtina 25. Martij 1642.

2 Imagines, & ſimulachra illorum, qui licet cum ſanctitatis, & martirij fama deceſſerint, cum laureolis, radijs, ſeù ſplendoribus non pingantur, nec formentur, antequam canonizati, aut beatorum catalogo adſcripti ab Apoſtolica Sede non fuerint, minùſq; non tam eorum imagines, quam quodcunq; aliud venerationem, & cultum præferens in Oratorijs, Altaribus etiam priuatis, locis publicis, vel Eccleſijs tam ſecularium, quam regularium exhibeatur, & ſi quid appoſitum ſit amoueatur, ſub pænis non tam in decreto Vrbani VIII. contentis, quam alijs iuxta factum, & perſonarum qualitatem, arbitrio noſtro irrogandis.

Vrb. VIII. conſtit. 37. Bull. Cherub. tom. 4. fol. 54.

3 Si quæ verò huiuſmodi defunctis fieret oblatio

Ta-

Vrb. VIII. ibid. f. 55. Tabellarum, ſiuè pictarum, ſiuè alia materia fictarum illę recipiantur, ſimul cum deferentis aliorumq; qui conſcij fuerint atteſtationibus, & res ſtatim ad nos deferatur, in ſecreto tamen loco ſeorſum ab Eccleſia interim cuſtodiantur, ex declaratione Vrbani VIII.

4 Strictè monentur Pictores ne ex induſtria in ſanctorum imaginibus effigies viuentium, aut mortuorum exprimant, neq; alias efforment figuras, quæ ad ſacram non attinent hiſtoriam.

Trid. ſeſſ. 25. decr. de ſacr. Imag. Cõc. Nicẽ. 2. act. 3. 5 Ad tollendos verò omnes errores ſtudeant Parochi præcipuè rudes erudire, honorem, cultum, & venerationem, quæ ſacris Imaginibus præſtatur, referri ad prototypa, quæ repræſentant, adeò vt eas adorantes, Chriſtum; B.V. & Sanctos adorent, & venerentur, non tamen quod in eis inſit diuinitas, aut virtus cuius cauſa coli debeant.

6 Cruces, Sanctorumq, Imagines prò Eccleſiarum vſu non præfigantur, niſi prius conſuetis præcibus benedictæ fuerint.

C. Rit. 23. Martij 1630. 7 Electio Patroni, ſeù Protectoris fieri nequeat, niſi de noſtro, & Cleri illius loci conſenſu, & per ſecreta ſuffragia à Populo mediante concilio legitimè congregato, non autem à loci officialibus ſolum; eligantur ij tantum, qui ab Eccleſia titulo vniuerſali Sanctorum coluntur, non autem qui nondum canonizati in beatorum tantum numerum redacti fuerint; cauſæ verò electionis nouorum Patronorum deducantur in S. C. Rituum, vt cauſa cognita, ab eadem approbari, & confirmari debeant.

Rub. Breu. tit. 7. nu. 1. Gre. XIII. 30. Decẽb. 1573. C. Rit. 23. Martij 1628. 8 Patronus principalis vnicus in quocunq; loco conſtituatur, ex Rub. Breuiar. cuius diem feſtum ſub duplici ritu, etiam à regularibus ſolemnizetur; non autem ad octauam, ex decreto Greg.XIII. & C. Rit. ſub ſim-

ſimplici verò ritu Patronorum minus principalium, qui plures eſſe poſſunt, ex eadem rub. Breuiar. propria tamen officia inconſulto Summo Pontifice non approbentur, ex conſtit. Sixt. V. prout Sancti titulares Capellarum, Altariumuè, niſi ſint in Kalendario Romano nullum habeant officium.

Sixt. V. cõſtitut. 74. Bullar. C. Rit. 1628.

De Vicarijs foraneis. Prat. XVIII.

1 NOſtri demandati gregis oues, vt ſub ſuaui Chriſtianæ Religionis iugo fælicioribus in dies proficiant incrementis, paſtoralis ſollicitudinis debitum ſedulò nos admonet, vt ea quæ per tot loca diuerſa intueri non poſſumus, per vigilantes ſaltem oculos eorum, qui in Vicariatus foranei munus aſſumpſimus ſollicitè proſpiciamus; debeant igitur Vicarij foranei, vt laudabilius commiſſo fungantur officio omni fide, omniq; diligentia Eccleſijs, Oratorijs, alijſq; locis pijs inuigilare, eorumq; cultum, venerationem, miniſtrationem, immunitatem, ac iura prò poſſe tueri, & defendere.

2 Inquirant inſuper Sacerdotum, aliorumq; Clericorum mores, & vitam, animaduertant an Parochi diligenter animarum ſubeant onus, perſonalemq; reſidentiam in proprijs Eccleſijs faciant, an S. C. Tridentini decreta inuiolabiliter obſeruentur, & edicta à nobis promulgata, Synodales conſtitutiones, aliaq; quæ in actu Diœceſanæ viſitationis decernuntur debitæ executioni demandentur, num litteræ Apoſtolicę ſtatutis temporibus promulgentur, & præcipuè an Chriſtianæ doctrinæ rudimenta dominicis ſaltem diebus pueris tradantur; obſeruent Clericorum honeſtatem in victu, & veſtitu; Eccleſiarum frequentationem, ac in diuinis of-

ficijs aſſiduitatem, ſtudeant vt quæcunque corruptelæ euellantur, deprauati mores emendentur, & aberrantes ad viam ſalutis reducantur.

3 Inconfeſſos, impenitentes, alioſq; publicos peccatores denuncient; conuiuia,& commeſſationes prohibeant; cohabitationem ante matrimonium interdicant; recognoſcant, an legatorum piorum onera adimpleantur, & ſi quæ alia adhuc non ſoluta, præſtita, ſeu executioni demandata reperiantur. Proſpiciant coniuges qui abſque Eccleſiæ iudicio ſeparato thoro indiuiduam vitę conſuetudinem non retinent, vt opportunis remedijs, quæ Chriſtianæ pietati conueniant, ſupradictis omnibus occurrendum ſit.

C.Epiſc. 9. Iun. 1591. 4 In cauſis criminalibus, vel ratione communis, mixtiq; fori, vel reſpectù ſpecialitatis criminis ad noſtram curiam ſpectantibus, ſiuè ad inſtantiam partis, ſiuè ex officio, etiam contra laicos informationes capiant, proceſſus adhibito Notario conficiant, illoſq; formatos ad noſtrum Vicarium Generalem tranſmittant, in grauioribus verò, atrociſſimiſq; delictis eundem certiorem faciant, vt quid magis expediat conſulatur; quà propter neceſſariam facultatem eidem impartimur, capturas reorum de fuga ſuſpectorum decernendi, præceptaque faciendi Presbyteris, cæteriſq; Eccleſiaſticis ſibi ſubiectis ſub pænis benè viſis ſe ad nos, aut noſtrum Vicarium præſentandi, omniaq; alia prò iuſtitiæ complemento faciendi, prout negotij qualitas expoſtulauerit.

5 Vacantibus Parochialibus Eccleſijs, eorum Vicariatui ſubiectis, ſtatim ad eas ſe conferant, inuentarium bonorum conficiant, omniaq; alia ad vacantem parochialem pertinentia conſeruari curent, nec ab hæredibus defuncti amoueri permittant.

Con-

6 Contingente verò quod ob proprij Parochi abſentiam, aut infirmitatem Eccleſiæ debitis miniſterijs deſtituantur, cum animarum ſalus non patiatur, vt habeat deſiderare paſtorem, vel ſaltem Sacramentorum adminiſtratorem, nec per diem quidem, Sacerdotes à nobis ad Sacramēta miniſtranda approbatos pręficiant, donec commonefacto noſtro Vicario Generali de Vicario, ſeu Economo prouideatur.

7 Coram Vicarijs foraneis ſaltem ſemel ſingulis menſibus habeantur congregationes, in quibus Rectores, Præpoſiti, Archipresbyteri, Confeſſarij, & laudabiliter omnes alij de Clero interuenire debeant ſub pęnis arbitrio noſtro mulctandis, agatur de communibus Cleri defectibus, ac de alijs emergentibus circa animarum curam, quæ temporali, ſeu ſpirituali indigeant remedio, legatur cunctis audientibus aliqua pars noſtrorum decretorum Synodalium, vt ſub totius anni curriculo, omnia perlecta remaneant. Proponantur in fine cuiuslibet congregationis quatuor, aut ſex conſcientiæ caſus qui ab omnibus conſcribantur, proxima futura congregatione reſoluendi, reſolutiones per litteras Vicarij foranei, ad noſtrum Vicarium Generalem tranſmittantur, cuius iudicio quæ approbatæ fuerint, in codicem referantur pænes eundem Vicarium foraneum cuſtodiendum.

8 Vicarius foraneus nullam habeat præcedentiam ſuper alijs eis de Clero antiquioribus, exceptis congregationibus coram ipſis faciendis, ac in cæteris alijs actibus, in quibus vti Vicarij foranei iuriſdictionem exercent, in funeralibus verò ratione officij nihil prætendere valeant.

C.Ris. 20. Decembr. 1603. & 30. Iunij 1629. Ead. 7. Octobr. 1627.

9 Qui autem in ſupradictis omnibus exequendis negligens fuerit, ab officio amouebitur.

De Clericorum Seminario. Pratic. XIX.

1 QVanti refert ad Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſanctimoniam inducendam creſcentes adoleſcētium ceruices à teneris verę religionis iugo ſupponere, vt debito tempore, non tam annorum maturitatem, quam veræ ſapientiæ, & doctrinæ vberrimum recipiant incrementum, ne igitur in vinea Domini ſeminetur triticum, & colligatur zizania, recentes plantationes, aſſiduè charitatis aquis ſunt irrigandæ.

Trid. ſeſſ. 23. refor. c. 18.

2 Quotieſcunq; euenerit vacatio alicuius loci in ſeminario, iuxta Tridentini præſcriptum inſtitutum ij tantum recipiantur, qui duodecimum annum agunt, ſintq; ſaltem prima tonſura initiati, pauperes, ex legitimo matrimonio nati, non tam legere, & ſcribere, ac prima Grammaticæ rudimenta ſciant, quam bonam indolem, & ingenium ad diſciplinas percipiendas, & animum Eccleſiæ perpetuò deſeruiendi oſtendant.

3 Admiſſus priuſquam ſeminarij beneficio potiatur, debeat mediante idoneo fideiuſſore, qui ſtabilia in Diœceſi poſſideat, cauere, quod ſi propter eius culpam ad ſacerdotalem gradum non peruenerit, omnes expenſas ſeminario reſtituere teneatur; ad quam reſtitutionem pariter faciendam compelletur, qui ita irreligiosè, ac malè ſe geſſerit, vt fortè è ſeminario eijciendus ſit.

CON-

CONSTITVTIONVM SYNODALIVM

PARS SECVNDA.

De Sacramentis, ſeù de pertinentibus ad eorum vſum, frequentationem, & miniſtrationem.

De Sacramentis in genere. Praticab. I.

1 SEptem nouæ legis Sacramenta ex infinitis humani generis reparatoris meritis, & paſſione ſortita effectum, ſicuti cœleſtia myſteria, omnemq; ſpiritualem animæ ſalutem continent, ita par eſt, vt ſumma veneratione, ac puro cordis affectu à miniſtris tractentur, & à Chriſti fidelibus ſumantur: *Per Baptiſmum enim ſpiritualiter renaſcimur; per Confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide; renati autem, & roborati nutrimur diuina Euchariſtiæ alimonia; quod ſi per peccatum ægritudinem incurrimus animæ, per pænitentiam ſpiritualiter ſanamur; ſpiritualiter etiam, & corporaliter prout animæ expedit per extremam vnctionem; per ordinem verò Eccle-* *Eugen. IV. conſtit. 19. Bull. Cherub. §. 9. fol. 269. tom. 1.*

ſia gubernatur, & multiplicatur ſpiritualiter; per Matrimonium corporaliter augetur. Vt igitur maiori veneratione, & vberiori pietate ad Sacramentorum frequentationem fideles incitentur, debeant Parochi illorum vim, vſum, virtutem, excellentiam, & gratiam quam conferunt, prò ſuſcipientium capta ex Cathechiſmi Romani forma Populis explicare.

Trid ſeſ 7. c. 1. ſeſ. 24. reſ. c. 7.

2 Sacramenta miniſtrentur adhibito ſuperpelliceo, & ſtola, ijs tantum ritibus, & cæremonijs, quæ in Rituali Romano ſub Paulo V. edito continentur.

Paul. V. cōſtit. 85. Bull. Cherub tom. 3. fol. 232.

3 Debita materia, ac verborum forma ab Eccleſia in vnoquoq; Sacramento inſtituta ſeruetur; formæ nihil addatur, vel minuatur, nec per commutationem, corruptionem, tranſpoſitionem, interruptionem, ſeù quouis alio modo varietur, ſed ipſa verba clarè, & diſtinctè proferantur, ita vt cum actuali, & abſoluta intentione efficiendi, quod Sancta intendit Eccleſia, accedendo verbum ad elementum, conficiatur Sacramentum.

Cathechiſ. Rom. p. 2. de Sacram. in gener. §. 18.

4 Ab vnoquoq; in propria Parochia Sacramenta tractentur; in aliena verò, niſi in caſu neceſſitatis; vel de proprij Parochi licentia.

5 Ne deteſtabili turpis lucri cupiditate, aut Sacerdotalis dignitas vileſcat, aut ſcandalum populis præbeatur, nemo audeat in Sacramentorum, Sacramentaliumq; adminiſtratione quidquam prorſus quantumuis minimum directè, vel indirectè, per ſe, vel per alium ſub quouis prætextu, etiam conſuetudinis, eleemoſynæ, aut tenuitatis beneficij petere, aut exigere, niſi ſponte prò eleemoſyna offeratur.

c. quidquid 1. qu. 1.

C Con. 1. Februar. 1593.

6 Parochus in quacunq; hora diei, ac noctis, præcipuè vbi ouium ſuarum in ſpiritualibus immineat detrimentum, miniſterium ſuum in adminiſtrandis Sacramentis adimpleat, nec metu contagioſæ infirmitatis,

S. Th 2. 2. q. 185. a. 5. C. Concil. 19. Decēb. 1576.

nec

nec ratione qualitatis temporis, nec prætextu diſtantiæ loci, ſiuè alterius cuiuſcunque incommodi excuſari poſſit; ſi quis enim eius incuria abſq; Sacramentis deceſſerit, tanquam illius animæ reus, vltra diuinam indignationem, grauiſſimas ſoluet pænas. *c. ſi presbyter, & ſeq. 26. q. 6.*

7 Laici non admittantur ad receptionem Sacramentorum, immò nec Compatres in Baptiſmo exiſtant, niſi arma deponant. Mulieres verò modeſto habitu ſine fuco, ac vanitatibus, velato capite, ſed aperta fronte accedant.

8 Loca, vaſa, arculæ, armaria vbi Sacramenta, vel Sacramentalia reconduntur, tutis clauibus, quæ de facili vitiari nequeant, muniantur, & occludantur, & apud ſe Eccleſiarum Rectores conſeruent, & retineant.

9 Nemo Eccleſiaſticorum præſumat ſine ſpeciali Parochi licentia, matrimonia ſolemnizare, Sacramentum Vnctionis extremæ, vel Euchariſtiæ, ſiuè Clericis, ſiuè Laicis miniſtrare, ſub pęna excommunicationis ipſo facto incurrendæ Sanctæ Sedi reſeruatæ. *Clem. 1. de priuil.*

De Sacramento Baptiſmi. Praticab. II.

1 O Auguſtiſſimi Baptiſmi Sacramenti dignitas, o Sacroſancti regenerationis lauacri eximia virtus, & excellentia, qua non tam corporis maculę, quam animæ ſordes emundantur, non tam deletur peccatum, & per peccatum mors, quæ intrauit in mundum, quam Chriſtifideles ab inferorum dominatu eripiuntur, & in Dei filios adoptantur. Quapropter omni ſanctitate miniſtrandum, omniq; humilitate ſuſcipiendum, vt tanti Sacramenti dignitati par correſpondeat cultus, & veneratio. Quiſq;

c. placuit 7. q. 1. c. ſicut 9. qu. 2. c. nullꝰ, c. nõ inuitari, c. Epiſc. 13. q. 1. c. nullus 3. de paroch. Concil. 6. Conſtãt. c. 31. Clem. vnic. de Baptiſ.

2 Quiſq; à proprio Parocho, vel alio de conſenſu eiuſdem in ſua (cui ſubeſt) Eccleſia baptizetur; nulla vrgente neceſſitate ſine noſtra licentia miniſtretur hoc Sacramentum extra Eccleſiam, vel in priuatis Oratorijs, aut in proprijs habitationibus, nec ante Solis ortum, nec poſt eius occaſum.

3 In ſingulis igitur Parochialibus decens prò loci facultate fons baptiſmalis exiſtat ex ſolido marmore, vel ſaltem ex lateribus, ita coherentibus, & conglutinatis, vt nullum vacuum, nullaq; rimola intercedat, ne aqua baptiſmalis permeare, aut quid ſuperſtitioſum recondi poſſit; ſit eius altitudo ad minus trium, amplitudo verò duorum cubitorum, figuræ ſphericæ, ſiuè ouatæ, diuidatur in duas partes, in quarum vna baptiſmalis aqua ſeruetur, in altera recidat, poſtquam pueri capiti infuſa fuerit, per opportunè idcircò habeat excauatam fiſtolam, vt ad ſubterraneam piſcinam propè conſtructam diffluere poſſit.

4 Aqua baptiſmalis ſi prò loci qualitate in vaſe marmoreo aſſeruari nequeat, ſeruetur in alio vaſe, non ligneo, non ex auricalco, ſed ſaltem æneo intus ſtamno illito.

5 Inſideat ſupra fontem benè fixum operimētum, ſeu ciborium ſi non ex lapide, ſaltem ex nuce, vel alio decenti ligno in piramidis figura confectum, tentorio albo, ſeù alterius decentis coloris ex conuenienti materia contegatur, ſuum habeat armariolum, in quò conſeruetur Rituale Romanum, duo munda mantilia; vas fictile capiti baptizandi ſupponendum ad decidentem aquam ſuſcipiendam, cochlear, ſeù vas prò infundenda aqua ex argento, ſeù auricalco, aut alio benè terſo, & perpulito ære, cum manubrio oblongo ad commodiorem miniſtrationem; duo vaſa ex argento, aut ſaltem ex

ſtam-

ſtamno, in quorum vno contineatur chriſma, in alio oleum cathecumenorum, cum ſuis nominibus inciſis, vt facilè vnum ab alio dignoſcatur.

6 Ad maiorem ipſius fontis venerationem decens ſuperimmineat vmbella, in proximo pariete imago Sancti Ioannis Baptiſtæ Chriſtum baptizantis depicta conſpiciatur.

7 Ita demum opportunis muniatur cancellis, validiſq; clauibus occludatur, vt omnibus impiè maleficia, & quaſlibet alias ſuperſtitiones, cum Sacramentorum, vel Sacramentalium abuſu exercentes, acceſſus prohibeatur.

8 Hoc Sacramentum quam primum (ſi commodè fieri poſſit) conferatur poſt pueri natiuitatem, non longè vltra octauam diem protrahatur, ita tamen quod mortis imminente periculo, mox ſine vlla dilatione baptizetur etiam per laicum, vel Mulierem in forma Eccleſiæ, ſi deſit Sacerdos.

9 Si plures infantes eodem tempore baptizandi conueniant, ſeparatim cæremoniæ expleantur.

10 Determinata materia adhibeatur, & præſcripta forma verborum non aucta, non diminuta, antepoſita, poſtpoſita, ſed clarè, diſtinctè, cum intentione efficiendi, quod Sancta tradit Eccleſia proferatur, nempè

Ego Baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Eugen. IV. conſtit. 23. §. 13. Bull. Cher. tō. 1. pa. 273. c. maiores de bapt. Trid. ſeſ. c. 2. & 4. c. in neceſſitate de conſ. diſ. 4. c. firmiter de ſum Trinit. c aquā ſale de cōſecr. diſ. 3.

11 Parochus huiuſmodi Sacramentum miniſtraturus, indutus ſuperpelliceo, & ſtola violacea ad Eccleſiæ ianuam conſiſtat, vbi ante omnia à deferentibus infantem ad baptiſmum, inquirat de nomine infanti imponendo, qui ſint patrini, & an infans domi ita vrgente necessitate baptizatus fuerit, ſub quà materia, & forma, & an omnia alia peracta fuerint, quæ ad huiuſmodi miniſtra-

c. paruulè de confeſ. diſ 4. c. peruenit. 30. q. 1. c quibus de conſec. diſ. 4.

niſtra-

niſtrationem in caſu periculi extra Eccleſiam requiruntur, & quatenus baptizatus compererit, non iterum baptizet, ſub pæna irregularitatis, ſed tantum aliæ cæremoniæ, & ſolemnitates ab Eccleſia fieri conſuetæ expleantur, ſi verò probabiliter de eius valida miniſtratione dubitetur, iterum conferatur, ſub ea tamen conditione *ſi non es baptizatus*, ego te baptizo, &c.

Trid. ſeſſ. 14. de Bapt. c. 2.

12 Valdè Religioni conſonum reputatur, vt nomina Fidelibus imponenda, non ab Infidelibus, & Gentilibus, ſed à Sanctis Chriſti militibus deducantur: proptereà iuxta ſacrorum Canonum, & Conciliorum præſcriptum, Parochus, ſi nomen baptizandi non eſſe alicuius Sancti animaduertat, placidè moneat deferētes ad aliud nomen alicuius Sancti, vel Sanctæ imponendum.

13 Parentes non deſignantes patrinos, qui infantem è ſacro Fonte leuare debeant, deſignentur à Parocho.

Bonac. tit. de matrim. q. 3. pūct. 5. §. 2. nu. 27.

14 Patrinus vnus ſiuè vir, ſiuè mulier, vel ad ſummum duo, vnus vir, & altera fœmina adhibeantur.

c. non plures, c quāuis de cognat. ſpirit. in 6. Trid. ſeſſ. 24. ref. matrim. c. 2.

15 Non admittantur Patrini qui non ſint Catholici, ſanæ mentis, bonæ famæ, qui in Paſchate eiuſdem anni confeſſi non fuerint, & Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum non receperint; Arceantur Infideles, Hæretici, Excommunicati, Interdicti, Facinoroſi, Criminoſi, Muti, ſiuè vir, ſiuè Mulier, Chriſmate non confirmati, minores natu anno decimo quarto, proprij baptizandi Parentes, nec hoc munere fungantur Clerici in ſacris conſtituti, Monaci etiam ſi Abbates exiſtant, omneſque alij Religioſi clauſtrales, cæteriq; qui fidei ſymbolum ignorant.

c. paruuli de conſecr. diſt. 4.

c. non licet. Abbati de cōſec. diſ. 4.

16 Patrinus antequam ſuſcepto fungatur officio, moneatur à Parochis, de affinitate, ſeu cognatione ſpirituali in illa ſacra regeneratione contrahenda inter ipſum,

Trid. ſeſſ. 24. ref. matrim. c. 2.

ſum, & baptizatum, eiuſq; Patrem, & Matrem, idcircò matrimonium inter eoſdem omninò prohiberi, inſuper de grauiſſimo onere, quo ſe ſubijcit, vt ſit perpetuus fideiuſſor illorum, quos ſuſcipit, prò eiſdem ſpondendo Deo, quod à fide, nec à lege ſint declinaturi, propterea vt teneantur eos in viam Domini dirigere, orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, Symbolum Apoſtolorum, aliaq; ad Chriſtianam Doctrinam pertinentia edocere.

D. Th. 3. p. 67. a. 4. in corpore.

16 Patrini munus licèt per Procuratorem expleri poſſit, vnus tamen debeat eſſe procurator Mulieris, & alter viri, non tamen duo viri, vel duæ Mulieres, ſed vnuſquiſq; proprio nomine, etiam vir loco Mulieris, vel Mulier loco viri, ſciendum eſt tamen, quod cognatio contrahatur à mittentibus, non à procuratoribus, qui propterea matrimonij impedimento non aſtringuntur.

C. Concil. apud Vgol. de poteſt. Epiſc. ca 5. §. 6.

17 Noſcant pariter omnes hanc cognationem ſpiritualem, etiam in caſu neceſſitatis baptizantes contrahere, quamuis ſint parentes, intantum vt priuentur iure petendi debitum, niſi fortaſsè alij reperirētur, quam ipſi parentes, qui cogente neceſſitate, vt proprium infantem de poteſtate mortis, & tenebrarum authoris eriperent, ſacri baptiſmatis vnda expiauerint, ex decret. Ioan. VIII.

Ioan. Papæ VIII. c. ad Limin. 30. qu. 1.

18 Eodem temporis momento, quò verba pronunciantur, aqua infundatur, vt ſucceſſiuo contactu contingat; ea quantitas adhibeatur, vt moraliter ablui iudicetur, & non tantum capillos, quam capitis cutem abſtergatur.

19 Non adhibeatur niſi ſimplex aqua naturalis, vel elementaris, quamuis putei, fontis, pluuiæ, balnei, ſiuè calida ſit, ſiuè frigida, non autem aquæ artificiales, humores mixti, prout ſunt lachrymæ, ſaliua, ceruiſia,

C. Florent. in decret. Eugē. Pap. Trid. ſeſ. 7. de Baptiſ. c. 2.

aliæq; aquæ per ſtillicidium ſublimatæ; & ſimiles.

c. 2. de bap. ex Rit. decíſ. 127. à nu. 9.

20 Quotieſcunq; dubium extiterit, an hoc Sacramentum fuerit miniſtratum, prout contingere ſolet in pueris repertis in via, aut nemore, ſeu expoſitis ad ianuam alicuius Eccleſiæ, vel Hoſpitalis ſine Baptiſmi ſchedula, ſi de recepto Sacramento à fide digna perſona teſtimonium non habeatur, baptizetur ſub conditione: *Si non es baptizatus, ego te baptizo, &c.*

Ex decret. Clē. VIII. relat. ab Andr. Vi. ctorel. in notis ad Poſſeuin. de off. Curat. c. 6.

21 Exiſtentes in vtero Matris tanquam Eccleſiæ ignoti, etiam graui neceſſitate vrgente, mortiſq; periculo imminente baptizari non liceat, infans verò qui ob partus edendi difficultatem, mortiſq; periculum in alia corporis emiſſa parte, quam in capite baptizatus fuerit, tutiori conſilio ex decreto Clementis VIII. de nouo baptizetur ſub illa conditione *ſi non es baptizatus, &c.*

22 Accurata circumſpectione in Monſtrum ſi caſus contingeret, ſit animaduertendum, ſiquidem ſi nullam humanæ formæ exprimeret elegantiam, hoc Sacramentum conferri nequeat; ſi verò in ambiguo ponatur, an rationis ſit particeps, baptizetur ſub conditione *ſi homo, ſi viuens es. Ego te, &c.* Si verò prò certo reputetur habere duas animas, ex quò plura capita, pluraq; pectora diſtincta cernantur, ſingillatim vnus poſt alium ſalutari aqua conſpergatur; ſed ſi probabiliter dubitetur, baptizetur vnus, deindè alius, cum præfata conditione *ſi non es baptizatus, &c.*

23 Infans extra Eccleſiam in caſu neceſſitatis validè baptizatus, ad eandem deferatur, vt cæteræ tantum ſolemnes expleantur cæremoniæ, nec ad hunc effectum alij admittantur Patrini, vltra illos, qui ita neceſſitate cogente huiuſmodi munere functi fuerint, non enim per ipſas cæremonias contrahitur cognatio ſpiritualis.

24 Aqua Baptiſmalis quolibet menſe ab apparentibus

tibus ſordibus expurgetur, quotannis verò in die Sabbati Sancti, vel Pentecoſtes oleo, ac recenti chriſmate mixtis ſtatutis benedictionibus renouetur: & olea vetera comburantur, & cineres in ſacrarium recondantur. Ad fontis benedictionem omnes Parochi eiuſdem Congregationis ad Plebem conueniant, eorumq; Archipresbyterum coadiuuent.

25 Si infra annum baptiſmalis aqua deficere comperiatur, Parochus priuatim ſuperpelliceo, & ſtola violacea indutus, noua in maiori quantitate iniecta augere poterit.

26 Ad ſuſcipienda ſacra olea quotannis in noſtra Cathedrali Sancti Silueſtri diſtribuenda, ipſi Parochi accedant, vel ipſis impeditis alium Sacerdotem, vel Clericum in ſacris conſtitutum mittant, laicis verò nunquam detur.

27 Mulieres Obſtetricis munus exercere nequeāt, niſi prius à Parochis de baptiſmi forma, ſi non latino, ſaltem vulgari idiomate inſtruantur, & approbentur, neceſſariamq; facultatem à nobis, ſeù Vicario noſtro obtinuerint.

28 Linteola, cerei, aliaq; quæ pro huiuſmodi Sacramenti miniſtratione deſeruierint, non in profanos vſus, ſed in ſeruitium Eccleſiæ conuertantur, vel potius comburantur, & cineres in Sacrarium reponantur.

29 Caueant Parochi, vt in huius Sacramenti miniſtratione omnes abuſus remoueantur, nullumq; ſuperſtitioſum committatur, non permittant laicos ſacrum oleum, aquam baptiſmalem aliaq; attingere, nec puerum in Altari collocari, vt ex inde Patrinorum donis redimatur, ſub grauiſſimis pænis arbitrio noſtro irrogandis.

30 Nomina baptizatorum, parentum, & Patrino-

rum, dies non tam ipſius baptiſmi, quam etiam natalis referantur in librum iuxta traditam formam.

c. de infantibus de ijs, qui fil. occid.

31 Vt opportunè infantium ſuffocationis periculo occurratur, debeant Parochi poſt miniſtratum Sacramentum, parentibus, nutricibus, alijſq; prohibere, ne puerum anno minorem ſecum in lecto retineant, ſub pæna excommunicationis, alijſq; arbitrio noſtro.

32 Benedictio Puerperæ poſt æditam prolem à proprio Parocho in Eccleſia, & non in domo ipſius mulieris detur.

33 Infans ſi abſq; baptiſmo ex hac vita migrauerit culpa Sacerdotis, qui ex officio baptizare tenetur, vltra ſuſpenſionem, grauiſſimas perſoluet pænas.

De Sacramento Confirmationis.
Praticab. III.

1 AD tuendam innocentiam ſacroſanctis Baptiſmi aquis reſtitutam, Diuini ſpiritus illapſu ſacri Chriſmatis vnctione augetur fortitudo, perfectumq; animi robur communicatur; vt à fidelibus Chriſti militibus in ſpirituali certamine aduerſus inferorum impetus in fronte Cruce munitis Chriſti nomen audacter confitendum, & in hoc venerabile ſigno vincendum ſit. Ineffabiles igitur huius ſacramenti virtutes, non vulgari oratione, ſimpliciq; verborum circuitu, ſed maiori ſpiritu quem à Deo conſequi poterunt animarum curæ præpoſiti, ex Cathechiſmi Romani ſententijs in ſuarum plebium animis inſerere omni labore conentur.

2 Debitis temporibus ſtatim ac Parochi de huiuſmodi ſacramento conferendo à nobis certiores redditi fuerint, publicent edictum, quò ſingula ſingillatim,

quæ ad eius dignam receptionem, & miniſtrationem pertinent accuratè recenſere curauimus.

3 Vt ea Religione ſumatur, quæ ſacramenti dignitati correſpondeat, adulti prius peccata confiteantur, mundo capite, compoſitiſq; capillis, ac ieiuni ſi ante prandium miniſtretur accedant.

4 Qui turpe, nec Chriſti fideli congruum nomen habeat, mutari curet in aliud alicuius Sancti, vel Sanctæ, vt eorum vitam pro viribus immitaturus, aſſiduum in Cœlis apud Deum acquirat protectorem.

5 Arceantur à receptione huius Sacramenti adulteri, excommunicati, interdicti, vel grauioribus facinoribus alligati, & qui Chriſtianæ fidei rudimenta adhuc neſcire reperiuntur.

6 Confirmati frons abſtergatur à Sacerdote, tum à Clerico in ſacris lauetur.

7 Non aſſumatur Patrinus, qui prius huius Sacramenti charactere inſignitus non fuerit, diuerſus eſſe debeat, ab eo, qui fuit in Sacramento Baptiſmi, niſi neceſſitas aliud expoſtularet, ſint maiores natu, vel ſaltem ætate pares.

8 Quò verò ad Patrinorum numerum, & perſonarum qualitates, & alios qui huiuſmodi officio fungi nequeunt, ſeruetur forma, quæ ſupra de Sacramento Baptiſmi tradita fuit.

9 Animaduertant Patrini, quod ſicuti in Sacramento Baptiſmi, ita in Confirmatione contrahatur cognatio ſpiritualis, nempè inter confirmantem, & confirmatum, illiuſq, Patrem, & Matrem, & inter tenentem, & tentum, eiuſq; parentes tantum, & proptereà inter eoſdem matrimonium conſiſtere non poteſt. *Trid. ſeſſ. 24. ref. c. 2. de cognat. ſpirit. in 6. per tot.*

10 Conficiatur à Parochis particularis matricula, cuius titulus ſic concipiatur, Liber Confirmatorum Sacra-

cra-

cramento Chriſmatis Eccleſiæ Parochialis N. in quò referantur nomina, & cognomina Confirmatorum, eorumq; Parentum, necnon Patrinorum, & Matrinarum, & ipſius Epiſcopi adminiſtrantis; tum dies, menſis, annus, & nomen ipſius Eccleſiæ, in quò Chriſma fuit adminiſtratum iuxta formulam traditam.

11 Si prò commodiori huius Sacramenti miniſtratione particularis deſtinetur Eccleſia, vbi finitimæ Parochiæ conuenire debeant; vnuſquiſq; Parochus ſuperpelliceo, & ſtola indutus cum ſuis Parochianis præcedente Cruce ad Eccleſiam accedat, Mares ab vna parte, fœminæ ab altera conſtituantur, vt ex ordine confirmentur; poſtmodum vnuſquiſq; ſuos in librum referat, vt ſupra dictum fuit.

Eugen. IV. conſtit. 19. Bull. Cherub. §. 1. tom. 1. fol. 369.

12 Sciendum eſt demùm, quod effectus huius Sacramenti eſt, quia in eo datur Spiritus Sanctus ad robur, ſicut Apoſtolis in die Pentecoſtes, vt videlicet Chriſtianus audacter Chriſti confiteatur nomen; ideòq; in fronte vbi verecundiæ ſedes eſt, confirmandus inungitur, ne Chriſti nomen confiteri erubeſcat, eius materia eſt Chriſma confectum ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ, & balſamo, quod odorem ſignificat bonæ famæ: & quoniam indelebilem imprimit characterem, idcircò iterari non poteſt.

De Sanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramento. Praticab. IV.

1 AVguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, cum non tantum conferat gratiam, ſed Deum ipſum gratiæ vitæq; artificem contineat, iure meritò inter Sacramenta primum ſibi vindicat locum. Poſthabitis

igi-

igitur Mundi illecebris, moriamur peccatis, & hoc ſuauiſſimo cibo recreati, cupiat diſſolui anima noſtra, & eſſe cum Chriſto; quod vt à concreditis nobis ouibus feliciter conſequatur, hæc ſeruanda ſancimus.

2 Sanctiſſima Euchariſtia in quacunq; Eccleſia Parochiali, non autem in publicis, aut priuatis Oratorijs maxima veneratione ſeruetur, in argentea Pixide intrinſecus auro lita, vel ex ære vndique inaurato talis magnitudinis, vt continere valeat eam particularum quantitatem proportionabiliter correſpondentem numero perſonarum, quæ tempore Paſchali hoc Sacramentum ſumere tenentur. *C. Epiſ. 15. Ianuar. 1619.*

3 Contegatur ipſa Pixis tentorio ex ſerico albi coloris, & ſub eadem mundum corporale ex puro lino ſtratum ſubiaceat, quod ſæpius in anno permutetur. *c. cõſulto de conſe diſ. 1. Ritu. Rom. de tabr. geſt.*

4 Ipſa verò Pixis recõdatur in Tabernaculo quamornatiſſimo, magna ex parte inaurato, aut ſaltem depicto, altitudinis ſit duorum cubitorum, latitudinis vnius cum dimidio, intrinſecùs ſerico panno ornetur, extrinſecùs veſtiatur opportuno conopeo pariter ex ſerico, aut ex velo, quæ quatuor eſſe debeant, vt ſingulis ſolemnitatibus iuxta Eccleſiaſticos colores permutari valeant.

5 Non conſtituatur in loco humido, ſit verò ipſi Altari ita fixum, vt de facili amoueri nequeat, & ita peraptatum, vt prò Sanctiſſimi miniſtratione ſuper illud aſcendere non oporteat.

6 Ita claudatur ex omni ſua parte, vt nec foramen etiam minimum pateat, nunquam apertum relinquatur, eiuſq; clauis apud ſe Parochus retineat; ne ad illud temeraria manus, ad horribilia, vel nefanda exercenda extẽdi poſſit, ſi verò incautè eius cuſtodiam reliquerit, punietur iuxta ſacros canones ſuſpenſione trium menſium ab officio. *c. 1. de cuſtod. Euch.*

In

C. Rit. 22. Februarij 1593. 7 In Tabernaculo, nec pixis vacua, nec vas olei infirmorum, nec Sanctorum Reliquiæ, aut alia quæcunq; res conſeruetur.

8 Vltra pixidem, permaneat altera pixis parua prò Sanctiſſima Euchariſtia infirmis deferenda, cum ſua burſa ex ſerico albo; quæ peraptatas cordulas habeat, vt à collo Sacerdotis pendeat, ad vſum ruralis communionis. *Trid. ſeſſ. 13.*

Vlterius adſit Tabernaculum geſtatorium, ſeù oſtenſorium, quod tantum exponendæ Sacræ Hoſtiæ vſui deſeruiat, pellucido muniatur cryſtallo, lunolam habeat cum ſuppoſito ſcuto argenteo deaurato ad faciliorem fragmentorum recollectionem.

9 Ante Sanctiſſimum diù, noctùq; aſſiduè ex puriſſimo oleo colluceat Lampas, tam propter eius reuerentiam, quam vt ingredientes Eccleſiam ſignet, vbi primum Saluatoris noſtri præſentiam adorare debeant; manuteneatur expenſis, aut ſocietatis Sanctiſſimi, aut vniuerſitatis, aut ipſiuſmet Parochi, iuxta laudabilem conſuetudinem hucuſq; obſeruatam. *Bellet. diſ. qui Cleri. p. 1. tit. de Cleric. debit. §. 13. num. 8. & §. 15. nu. 5.*

10 In miniſtratione tanti Sacramenti adhibeatur quam ornatiſſimum baldachinum, ſeù vmbella, velum pro humeris longum, intortitia, & laterna.

c. cauſa de conſecrat. diſtin. 1. 11 Sanctiſſimum non conſeruetur in hoſtia magna, ſed in paruis ad minus quinque, quæ quolibet octauo die ex hoſtijs infra viginti dies confectis renouentur.

Trid. ſeſſ. 13. can. 9. c. omnis vtriuſq; ſexus de pænit. & remiſ. c. quotidie, c. ſi nō frequētius de cōſ. diſ. 2. 12 Cùm omnes vtriuſque ſexus fideles poſtquam ad annos diſcretionis peruenerint, ſaltem ſemel in anno in Paſchate Reſurrectionis Eccleſiaſtico præcepto confiteri peccata, & in propria Parochia Euchariſtiam ſumere teneantur: proptereà vt ab omnibus executioni demandetur, ſæpè Parochi ſuis Plebibus inter Miſſarum ſolemnia enuncient.

Pru-

13 Prudentium verò parentum, Confeſſariorum, & Plebanorum iudicio relinquitur in qua ætate Pueri, & Puellæ ad Sanctiſſimam Euchariſtiam recipiendam idonei reputentur, prout præuio examine aliquos citiùs circa annum nonum, alios ſeriùs circa annum ætatis duodecimum, ſufficientem rationis vſum, & ſpiritualium rerum intelligentiam aſſecutos fuiſſe repererint.

ex Sãch. in ſelet. diſ. 26. & Bonaccin. de Sacramen. diſ. 4. q. 7. punct. 2. à num. 1.

14 Vt tamen probè innoteſcant, qui ſalutis æternę immemores in Paſchate hunc præceptum non adimpleuerunt, quotannis initio quadrageſimæ vnuſquiſq; Parochus ſingulas ſuæ Parochiæ domos adeat, ſuaſq; recognoſcat oues, & ſtatum animarum conficiat; omnes de familia in peculiari libro ad hunc effectum compaginato referendo: diſtribuat deindè in feſto Paſchatis Sanctiſſimam Euchariſtiam ſumentibus ſchedulas, Eccleſiæ titulum, & anni currentis numerum continentes, quas poſt octauam Paſchatis repetat, factaq; cum libro collatione, quos carere deprehenderit, Vicario Generali denuncientur, vt poſt canonicam monitionem, ſi non reſipuerint, ab ingreſſu Eccleſiæ arceantur, & Eccleſiaſtica ſepultura priuentur, ab interdicti vinculo non relaxandi, niſi cum effectu paruerint.

15 Abſentes à propria Parochia tempore Paſchali, in eorum reditu teneantur, aut ſuſcepti Sacramenti teſtimonium Ordinarij loci, in quò receperunt, Parocho oſtendere, aut in ſua parochia eccleſiaſtico præcepto ſatisfacere; alitèr tanquam contumaces non impleti præcepti reputentur.

16 Viatores tempore Paſchatis, ſi propriam Parochiam adire nequeant, Euchariſtiam ſumere valeant in ea Parochia, in quà dicto tempore reperiuntur, ex declarat. Eugen. IV.

Eugen. IV. apud Bonac de Sacrã. diſ. 4. q 7. punct. 2. nu. 8.

17 Parochi debeant Euchariſtiam miniſtrare quoties pij ſubditi, eam rationabiliter petierint, prout Sacramenti reuerentia, & ipſorum conditio expoſtulauerit.

18 Non prætermittatur ſacram Euchariſtiam ſumentes, demiſſo vultu, quaſi in abſcondito ſe conſtituere, ne tanti Sacramenti abutendi cauſa, vel magis venerandi gratia, illud ſecum deferre audeant.

19 Ablutio, ſeù purificatio non exhibeatur in calice conſecrato, ſed in alio opportuno poculo ad hunc vſum deſtinato.

20 In huius Sacramenti miniſtratione, vt omnis auaritiæ genus, turpiſq; lucri ſuſpicio remoueatur, nullæ exponantur capſulæ, ſeù peluiculæ ad oblationes exigendas, nec quouis alio modo eleemoſynæ huiuſmodi occaſione quærantur.

c. quia in omnibus de vſur. c. prò dilectione, & ſeq. de cōſ. diſ. 2.

21 Arceantur à receptione huius Sacramenti Peccatores notorij, Vſurarij, Concubinarij, Fœneratores, Blaſphæmi, publicæ Meretrices, donec per aliquod congrui temporis ſpatium non reſipuerint, & manifeſtè conſtet de ipſarum pænitentia, perpetuò, & abſolutè fatui, ac furioſi, ſemifatui verò, & non continuò amentes, tempore quò habent lucida interualla, omni irreuerentiæ periculo ceſſante admittantur.

C. Epiſ. 15. Ianuar. 1619.

22 In die Paraſceue non diſtribuatur Euchariſtia alijs, quam infirmis.

23 In Eccleſijs, ſeù Oratorijs, etiam Confraternitatum, prò fidelium adoratione Sanctiſſimum Sacramentum continuò, & perpetuò non retineatur, facultate à S. Pontifice non impetrata.

C. Epiſc. 7. Septemb. 1598.

24 Tempeſtatis, grandinis, aut imminentium nimborum cauſa, Pixis è Tabernaculo ad aerem benedicendum non extrahatur, nec prò perſonis particularibus,

quan-

quando vrgens exponendi ſe prẹberet occaſiò, ſed oſtiolo Tabernaculi patefacto, aut velata pixide Sãctiſſimum adorandum ardentibus lùminibus exhibeatur, Præces, & conſuetæ Litaniæ recitentur, nec ſine cuſtodia relinquatur.

25 Singulis menſibus à Societate Corporis Chriſti omni veneratione, ac ſolemni pompa proceſſionaliter, per Eccleſiæ Parochialis circuitum Euchariſtia deferatur, & vt omnes ad piè intereſſendum inuitentur, die Dominico præcedente Indulgentiæ à Summis Pontificibus conceſſæ publicentur. *Indulg. cõceſſ. à Paulo V. Greg. XV. 4. Februar. 1622.*

26 Feria 5. & 6. maioris hebdomadæ præcipuè noctù proceſſionaliter extra Eccleſiam non extrahatur, ſed circulus intra Eccleſiam tantum conficiatur. *C. Epiſc. 6. Aug. 1591. et 22. Maij 1596.*

27 Mulieres ante partum propter imminẽs mortis periculum, & qui longum iter ſunt ſuſcepturi, ſacram Euchariſtiam recipere moneantur.

28 Regularibus omnibus ſit omninò interdictum die Paſchatis in eorum Eccleſijs S. Chriſti Corpus fidelibus diſpenſare, ex decret. S. Cong. Concilij, etiam laicis ipſis Religioſis inſeruientibus, & in eorum Monaſterijs degentibus, qui prò adimplemento præcepti ad Parochialem accedere teneantur, ex eiuſdem Congr. decreto. *C. Cõc. 13. Ian. 1586. & 11. Martij 1615. & 2. Martij 1619. Ead. 1578. Clem. 1. de priuil.*

29 Neq; à Regularibus cum ſolemnitate exponatur Sanctiſſimum, prius à nobis facultate non obtenta. *C. Rit. 26. Feb. 1628.*

30 Quotieſcunq; Euchariſtia ad infirmos eſt deferenda, detur campanæ ſignum ad Populum congregandum, deferatur à proprio Parocho, niſi legitimè fuerit impeditus ſub baldachino, habitu decenti induto ſuperpelliceo, pluuiali, ſtola, mundoque velamine ſuppoſito, cum omni reuerentia, & honore, vultu demiſſo ante pectus, Pſalmos; & Orationes, inter eundo reci- *c ſane 10. de celebr. Miſſ.*

8 Non celebretur niſi Altare ſit conſecratum, aut in eodem ſaltem adſit lapis ſacer, capacitatis hoſtiam, & calicem cum patena continendi, adſit corporale ſtratum tribus ſuppoſitis mappis, non ex ſerico panno, aut tinto, ſed ex puro linteo terreno lino procreato, atque contexto, prout corpus D. N. Ieſu Chriſti in Sindone linea munda ſepultum fuit, duo colluceant cerei, & adhibeatur hoſtia candida, illeſa, ac recens, ex puro tritico, & aqua naturali ſubacta, non à laico homine, neq; à fœmina confecta; vinum pariter non acidum, non fæculentum, ſed optimum merum vitis, non autem alterius liquoris, nempe ex moris, malis punicis, lora, omphacio, aliiſq; ſimilibus potionibus.

9 Sacerdos ſacrificium oblaturus, expurgata prius conſcientia ab omni criminum labe, inceſſu graui, dimiſſis oculis, humiliter, & deuotè ad Altare pergat, nimiam celeritatem, nimiamq; longitudinem in legendo non affectet; quæ alta voce dicenda ſunt, clarè, diſtinctè, ad ſingulorum intelligentiam pronunciet, quæ verò ſecretò, ſubmiſsè ne à circumſtātibus percipiantur, recitet.

Pius V. cōſtit. 4. Bull. Cher. to. 2. Paul. III. ann. 1566. c. nocte de conſecrat, diſt. 1.

10 Ante ſolis ortum, vel poſt meridiem, aut poſt ſolis occaſum ſacrum facere non liceat, ſub pæna ſuſpenſionis in perpetuum à diuinis, aliiſq; arbitrio noſtro irrogandis, excepta nocte Natiuitatis Sanctiſſimi Domini Noſtri Saluatoris, in qua ſeptima hora pulſata inchoetur; aliis verò diebus feſtis duobus horis poſt ortum ſolis celebrari poſſit.

C. Conc. in Lucana 15. Septemb. et 17. Noueb. 1629.

11 Singulis diebus Dominicis, aliiſq; feſtiuis de præcepto Parochus per ſe (vel iuſta concurrente cauſa per alios) in propria Parochia ſacrum conficiat, quamuis ex conſuetudine immemorabili, etiam hucuſq; tollerata, & ſine vlla Populi reclamatione, & incommodo, in alia Eccleſia celebrari conſueuiſſet.

Miſ-

12 Miſſæ ſacrificium licet in Parochiali Eccleſia ſit audiendum, tamen ſi non contento proprió Sacerdote, in alijs Eccleſijs etiam Regularium, Dominicis, & alijs feſtis diebus, maioribuſq; ſolemnitatibus audiatur, Eccleſiæ præceptum de Miſſa audienda non violatur, nec exinde læthalis culpæ macula contrahitur, ex declaratione Leonis X. Pij V. & Clemen. VIII.

c. 2. de paroch. C. Epiſc. 1. Iun. 1606. Leo X. cõſt. 25. tom. 1. Pius V. cõſtit. 41. §. 2. tom. 2. Bul. Cherub. Clẽ. VIII. 2. Septemb. 1592. in Collet. Priuil. Fr. Emman. pa. 520. nu. 4.

13 Vnicuiq; Sacerdoti ſemel in die (excepta Natiuitatis Domini feſtiuitate) vnam Miſſam tantummodò celebrare liceat, quamuis neceſſitas etiam communicandi infirmum propè moriturum vrgeret, par enim eſt vt omnis cauſa quantumuis vrgentiſſima ob tanti Sacramenti reuerentiam poſtponatur; grauiſſimas propterea dabit pænas, qui temerarie contrauenire præſumpſerit.

c. conſuluiſti de cel. Miſſar. c. ſufficit de conſecrat. diſt. 1.

14 Miſſæ Sancti Gregorij prò viuis, & defunctis, quindecim Auxiliatorum, & de Patre æterno, tanquam à S. Rituum Congr. non approbatæ non celebrentur.

C. Rit. 8. Apr. 1628.

15 Miſſæ verò triginta Sancti Gregorij, quæ ab vno, ſeu pluribus Sacerdotibus per triginta dies continuos celebrari debent, recitata Miſſa, quæ occurrit, vel de requiem iuxta rubricas Miſſalis, cum applicatione ſacrificij animæ illius prò quâ dicuntur, non prohibentur.

Ead. 28. Oct. 1628.

16 Miſſæ certis Regularibus conceſſæ, ab alijs dici nequeant, etiam in ipſorum Eccleſijs, ſub pænis contentis in Indice librorum prohibitorum.

Ead. 19. Nouemb. 1622. & 8. April. 1628.

17 Miſſa Sanctæ Mariæ de Carmelo, & Sanctiſſimi Roſarij, tanquam illa ſolis Carmelitis, hæc tantum ordini prædicatorum conceſſa, ab eis dumtaxat celebretur; Vbi verò adeſt Capella, ſeu Altare Roſarij in prima Dominica Octobris, & in eiuſdem Kalendis, vel poſt Kalendis Officium, & Miſſa, ex decreto Gregor. XIII. celebrari permittitur, vt in feſto B. Mariæ ad Niues,

Ead. 25. Iun. 1622.

cum

cum lectionibus ſecundi Nocturni de Natiuitate.

C. Rit. 6. Maij 1623. & in Poligan. 31. Iulij 1632.

18 Qui habet onus celebrandi Miſſam de Róſario, vel de Carmelo, aut ſi relinquantur legata pia cum onere celebrandi has peculiares Miſſas, loco illarum dicatur Miſſa votiua B. M. V. prò tempore.

DD. apud Barboſ. de off. Paroch. p. 2. c. 11. nu. 49.

19 Vnica tantum Miſſa celebretur die Cœnæ Domini, ſeu feria 5. & Sabbato Sancto maioris hebdomadę in Parochialibus Eccleſijs; cæteris Sacerdotibus abſq; expreſſa noſtra licentia ſacrum facere ſit interdictum, qui verò iuxta de cauſa licentiam obtinuerint, priuatim Miſſam celebrent, antequam Miſſa ſolemnis terminetur; & Corpus Chriſti in locum deſignatum recondatur.

C. Rit. 1. Sept. 1607. & 20. Iunij 1626.

20 Miſſæ votiuæ die Dominico, aut officij duplicis dici nequeant, in feſto tamen duplici, quod non ſit de præcepto dicantur ex rationabili cauſa, aut ex viuentium pietate, vel vt defunctorum voluntates executioni demandentur.

Ead. 28. Aug. 1626.

Inſuper infra octauam Epiphaniæ, Paſchatis, Pentecoſtes, in hebdomada maiori, feria quarta Cinerum; in vigilijs Natiuitatis Domini, & Pentecoſtes, & alijs diebus, quibus prohibetur fieri de feſto duplici, pariter non dicantur Miſſæ votiuæ, nec de requiem, ſed loco Miſſæ de requiem, celebretur Miſſa de Sancto, vel de feria currenti.

21 Miſſa prò defunctis ritu de requiem in Dominicis, & alijs feſtiuitatibus in Eccleſia, præſente, & inſepulto corpore non prohibetur, vbi viget conſuetudo ſepeliendi defunctum ſimul cum Miſſa.

Ead. 27. Sept. 1603. in Eginatē. 23. Maij 1603.

22 Miſſæ defunctorum certo die celebrandę, & impedito, transferantur in ſequentem.

Ead. 27. Apr. 1603.

23 Non celebretur de requiem in Altari priuilegiato, ſi feſtum duplex cadat in diem prò eodem aſſignato, & ſit de præcepto.

One-

24 Onera miſſarum in perpetuum à nemine recipiantur, à nobis prius non impetrata licentia, qui enim huius prohibitionis tranſgreſſor extiterit, ſit eo ipſo ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus, ex decret. Cong. Concil.

C. Conc. Trid. decr. de celebr. Miſſ. iuſſu Vrb VIII. edit. 21. Iunij 1625. §. ad hac.

25 Nemo præſumat onera vlla miſſarum celebrandarum reducere, moderare, commutare, etiam ſi legatum eſſet tenue, & redditus non ſufficerent, ſed prò his omnibus ad Sanctam Sedem Apoſtolicam habeatur recurſus, & interim redditus aſſignati, ſeu relicti, & onera miſſarum deferantur; ſi verò in limine fundationis, vel in ipſa beneficij erectione expreſsè cautum fuerit, vt nobis liceat iniunctum onus reducere, & moderare, re diligenter animaduerſa, id ſtatuemus, quod magis in Domino expedire iudicabimus.

Ead. §. ac primo.

Ead. ad 1. dub.

26 Miſſæ tot abſolutè celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, quamuis ſtipendia quantùmcunque incongrua, & exigua, ſiuè ab vno, ſiuè à pluribus perſonis collata fuerint, aliòquin qui celebrare tenetur, ſuæ obligationi non ſatisfacit, immò grauiter peccat, & reſtitutionem facere debet.

Ead. §. deinde.

27 Tota, & integra, eleemoſyna, etiam ſi maior ſolita oblata fuerit prò Miſſæ celebratione tribuatur per eum qui celebrandam ſuſcepit abſq; vlla minima partis retentione Sacerdoti celebrare debenti.

Ead. §. ac ſimiliter.

28 Recipiens eleemoſynam prò Miſſis celebrandis, diebus in quibus alijs de cauſis celebrare tenetur, eadem Miſſa vtrique obligationi ſatisfacere non poſſe ſciat.

Ead. ad 4. & 1. Septēb. 1629.

29 Hinc etiam habens onus quotidiè celebrandi, nequeat prò alijs Miſſis eleemoſynam recipere, niſi in fundatione expreſsè cautum fuerit, quod ſacrificium applicare non teneatur.

Ead 12. Iulij 1630.

30 Omnia alia decreta à S. C. Concilij auctoritate

cum lectionibus ſecundi Nocturni de Natiuitate.

C. Rit. 6. Maij 1623. & in Poligan. 31. Iulij 1632. 18 Qui habet onus celebrandi Miſſam de Roſario, vel de Carmelo, aut ſi relinquantur legata pia cum onere celebrandi has peculiares Miſſas, loco illarum dicatur Miſſa votiua B. M. V. prò tempore.

DD. apud Barboſ. de off. Paroch. p. 2. c. 11. nu. 49. 19 Vnica tantum Miſſa celebretur die Cœnæ Domini, ſeu feria 5. & Sabbato Sancto maioris hebdomadę in Parochialibus Eccleſijs; cæteris Sacerdotibus abſq; expreſſa noſtra licentia ſacrum facere ſit interdictum, qui verò iuxta de cauſa licentiam obtinuerint, priuatim Miſſam celebrent, antequam Miſſa ſolemnis terminetur; & Corpus Chriſti in locum deſignatum recondatur.

C. Rit. 1. Sept. 1607. & 20. Iunij 1626. 20 Miſſæ votiuæ die Dominico, aut officij duplicis dici nequeant, in feſto tamen duplici, quod non ſit de præcepto dicantur ex rationabili cauſa, aut ex viuentium pietate, vel vt defunctorum voluntates executioni demandentur. Inſuper infra octauam Epiphaniæ, *Ead. 28. Aug. 1626.* Paſchatis, Pentecoſtes, in hebdomada maiori, feria quarta Cinerum; in vigilijs Natiuitatis Domini, & Pentecoſtes, & alijs diebus, quibus prohibetur fieri de feſto duplici, pariter non dicantur Miſſæ votiuæ, nec de requiem, ſed loco Miſſæ de requiem, celebretur Miſſa de Sancto, vel de feria currenti.

21 Miſſa prò defunctis ritu de requiem in Dominicis, & alijs feſtiuitatibus in Eccleſia, præſente, & inſepulto corpore non prohibetur, vbi viget conſuetudo ſepeliendi defunctum ſimul cum Miſſa.

Ead. 27. Sept. 1603. in Eginatē. 23. Maij 1603. 22 Miſſæ defunctorum certo die celebrandę, & impedito, transferantur in ſequentem.

23 Non celebretur de requiem in Altari priuilegiato, ſi feſtum duplex cadat in diem prò eodem aſſi- *Ead. 27. Apr. 1603.* gnato, & ſit de præcepto.

One-

24 Onera miſſarum in perpetuum à nemine reci- piantur, à nobis prius non impetrata licentia, qui enim huius prohibitionis tranſgreſſor extiterit, ſit eo ipſo ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus, ex decret. Cong. Concil. *C. Conc. Trid. decr. de celebr. Miſſ. iuſſu Vrb VIII. edit. 21. Iunij 1625. §. ad hæc.*

25 Nemo præſumat onera vlla miſſarum celebrandarum reducere, moderare, commutare, etiam ſi legatum eſſet tenue, & redditus non ſufficerent, ſed prò his omnibus ad Sanctam Sedem Apoſtolicam habeatur recurſus, & interim redditus aſſignati, ſeu relicti, & onera miſſarum deferantur; ſi verò in limine fundationis, vel in ipſa beneficij erectione expreſsè cautum fuerit, vt nobis liceat iniunctum onus reducere, & moderare, re diligenter animaduerſa, id ſtatuemus, quod magis in Domino expedire iudicabimus. *Ead. §. ac primo.* *Ead. ad 1. dub.*

26 Miſſæ tot abſolutè celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, quamuis ſtipendia quantùmcunque incongrua, & exigua, ſiuè ab vno, ſiuè à pluribus perſonis collata fuerint, aliòquin qui celebrare tenetur, ſuæ obligationi non ſatisfacit, immò grauiter peccat, & reſtitutionem facere debet. *Ead. §. deinde.*

27 Tota, & integra, eleemoſyna, etiam ſi maior ſolita oblata fuerit prò Miſſæ celebratione tribuatur per eum qui celebrandam ſuſcepit abſq; vlla minima partis retentione Sacerdoti celebrare debenti. *Ead. §. ac ſimiliter.*

28 Recipiens eleemoſynam prò Miſſis celebrandis, diebus in quibus alijs de cauſis celebrare tenetur, eadem Miſſa vtrique obligationi ſatisfacere non poſſe ſciat. *Ead. ad 4. & 1. Septeb. 1629.*

29 Hinc etiam habens onus quotidiè celebrandi, nequeat prò alijs Miſſis eleemoſynam recipere, niſi in fundatione expreſsè cautum fuerit, quod ſacrificium applicare non teneatur. *Ead 12. Iulij 1630.*

30 Omnia alia decreta à S. C. Concilij auctoritate

L Vrba-

Vrbani VIII. P. O. M. edita de celebratione Miſſarum, abſq; vlla declaratione, interpratatione, gloſatione inuiolabiliter obſeruari mandamus.

Paul.V. & C. Concil. 15. Nouēb. 1605. Ead. 1625.

31 Miſſam anticipatè celebrari prò futura eleemoſyna ab incerto oblatura, omninò ſit interdictum.

32 Capſulæ ad colligendas incertas eleemoſynas prò celebratione Miſſarum, etiam in commemoratione omnium fidelium defunctorum non exponantur.

33 In cuiuſuis Eccleſiæ Sacriſtia, & vbi non adeſt, in Choro perpetuò conſeruetur, & affixa retineatur tabella, in quà miſſarum onera adnotentur, cum expreſſione, quando, & à quibus expleari debeant, & ſub die, & menſe prout adimplentur, in alio particulari libro regiſtrentur ſub pæna vnius aurei.

Prouin. 4.

34 Sacerdos niſi legitimo detineatur impedimento, noſcat ſe non ſatisfacturum, ſi alibi quam in Eccleſia, aut certo altari vbi tenetur, celebrauerit.

35 Paramenta ab Altari non deſumantur, ſed in Sacriſtia, cum appoſitis orationibus ſacræ induantur veſtes, vana colloquia, indecentiaq; verba non habeantur, nec quid profanum in ipſius Miſſæ celebratione publicetur.

De Sacramento Pœnitentiæ. Praticab. VI.

1 ITa dira criminum labes potenter graſſatur in animarum perniciem, vt à læthali contagio, immunes conſeruari difficilè reddatur, niſi vitali pœnitentiæ medela frequentiſſimè reficiantur. Validis enim pœnitentiæ viribus non tam ſubleuatur anima graui ſcelerum diù deſtituta pondere, quam vitiorum diſſipata caligine

ligine Dei gratiæ nitor, ac tranquillæ pacis vera reſtituatur fælicitas; ardenter igitur Parochi ad huius Sacramenti frequentiam ſuas hortentur oues, & quæ ad eius fructus verè conſequendos requiruntur, ſedulò edoceant.

2 Omnis vtriuſq; ſexus fidelis, qui poſt quam ad annos diſcretionis, ſeù ad perfectum rationis vſum peruenerit, præcepto de annua confeſſione, ſaltem acceptabili quadrageſimali tempore facienda obligatur: cordato examine diligentem prius ſui ipſius diſcuſſionem faciat, ac perfecto animi dolore, firmoq; amplius non relabendi propoſito, vniuerſa poſt baptiſmum, ſeù ab vltima valida confeſſione perpetrata crimina integrè, ſigillatim, cum manifeſtatione illarum circunſtantiarum, quæ ſpeciem peccati mutant, ſub clauibus aperiat.

C. Later. ſub Innocent. III. Trid. ſeſſ. 14. c. 5. c. omnis vtriuſq; ſexus de pœnit. & remiſ.

3 Non miniſtretur pœnitentiæ ſacramentum ante ſolis ortum, nec poſt eius occaſum, nullibi extra Eccleſiam, nec in alio loco, quam in ſede confeſſionali, præcipuè mulieribus, & pueris, niſi aliter præſentanea neceſſitas expoſtulauerit, qui contrafecerit, ſit ipſo facto à Confeſſarij officio ſuſpenſus.

C. Epiſc. 1. Iul. 1606. Viſitat. SS. Apoſt. in Vrbe 10. Iulij 1625.

4 In priuatis domibus, etiam à Regularibus, non audiantur confeſſiones, niſi infirmitatis, aut alia rationabili cauſa, ſemper tamen patentibus infirmi cubiculi ianuis, vt ab omnibus conſpiciatur; teſtimonium collati ſacramenti, ſi ab alio Confeſſario ex approbatis miniſtratum fuerit, domeſticis relinquatur, vt Parochus ad alia ſacramenta miniſtranda moueatur, ſub eadem pæna incurrenda.

S. Apoſt. viſit. eod. decret. 10. Iulij 1625. C. Epiſc. 1. Iulij 1606.

5 Nullus Sacerdos, ſiuè ſecularis, ſiuè regularis pęnitentium confeſſiones audire præſumat, etiam titulo reconciliationis, niſi in Diœceſi Parochiale beneficium

Trid ſeſ. 7. c. 7. & ſeſ. 23. reſ. c. 15.

Greg. XV. conſtit. 18. §. 1. Bull. Cher. p. 3. Vrb. VIII. 20. Decẽb. 1631. C. Concil. dicta conſt. Greg. XV. ad 8. dub. Clẽ. VIII. conſtit. 18. Vrb. VIII. conſtit. 79. te 46. Bull. Cherub. C. Concil. apud Quarãt in ſum. Bullar. in verb. Confeſſ. verſ. præter sũmiſtas ad remouẽdũ. C. Epiſc. in Albiganẽ. 8. Nouẽb. 1588.

habeat, aut præuio examine idoneo reperto neceſſariam approbationem obtinuerit, ſub pæna excommunicationis, non obſtante quouis priuilegio, etiam maris magni, bullæ auræ, & ſimilium, quæ abrogata, & penitus ſublata fuerunt Vrbani VIII. decreto; ipſæ verò confeſſiones factæ non approbatis confeſſarijs, nullæ, & inualidæ exiſtant, ex declarat. C. Concil.

6 Qui ſacro Presbyteratus ordine non inſignitus ſacramentales confeſſiones audire præſumpſerit, hæreticæ prauitatis Inquiſitorum iuriſdictioni ſubiaceat, grauiſſimas etiam vltimi ſupplicij laturus pænas.

7 Vigore facultatis conceſſæ pænitenti ex indulto alicuius bullæ, ſeu Iubilæi, quemcunq; Confeſſarium, ſiuè Presbyterum ſecularem, ſiuè regularem ex approbatis ab Ordinario, non alienæ Diœceſis, ſed qui in noſtra approbati reperiuntur eligi debere ſciendum, ex declarat. Cong. Concilij.

8 Sacerdos ſecularis in actu audiendi confeſſiones ſuperpelliceo, & ſtola, regularis verò habitu in Choro adhiberi ſolito vtantur.

9 Sedes confeſſionalis ex perpulitis tabulis, benè elaboratis, ſit ab vtroq; latere clauſa, à parte verò anteriori omninò aperta, conſtituatur in loco conſpicuo, & manifeſto, non autem in ſacellis, neq; in angulis Eccleſiæ, vbi publicè aſpici nequeat, feneſtras habeat occluſas cratibus ferreis, minutis foraminibus perforatis, affixa permaneat à parte pænitentis aliqua pia immago, à parte confeſſarij tranſumptum bullæ Cœnæ Domini, ac Tabella caſuum nobis reſeruatorum.

10 Propè confeſſionalia nulla permaneat capſula prò eleemoſynis, vt omnis auaritiæ ſuſpicio remoueatur.

11 Condigna ſatisfactio, ſeu pænitentia humanæ

ta-

tamen fragilitati accommodata à Confeſſarijs iniungatur, prò occultis criminibus, publicæ pœnæ, aut pecuniariæ, aut miſſarum celebrandarum obligationes non irrogentur, quod ſi quandoq; pænitentis ſaluti conſulendo magis in Domino expedire iudicetur, ſibi nullatenus applicare, aut pecunias diſtribuendi onus ſuſcipere, nec minus incertorum reſtitutionis faciendæ incumbentiam affectare præſumant. *Rit. Rom. de Ord. Miniſt. Pœnit. §. pænitentia.*

12 Pænitentes cenſuris reſeruatis præſertim in Bulla Cœnæ illaqueatos repertos, ad ſuperiores abſoluendos remittant, & ſi ipſos abſoluere tentauerint, vltra nullitatem abſolutionis, incurrent pænas in eadem Bulla contentas.

13 Approbatus ad audiendas confeſſiones reſpectù obtenti beneficij, poſt eiuſdem renunciationem, aut reſignationem, omnem ſibi facultatem audiendi confeſſiones ſublatam eſſe ſciat, vt ſine nouo examine huiuſmodi munere fungi nequeat. *Prax. Epiſ. p. 1. c. 1.*

14 Per litteras, ſeù per internuncium Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri, & abſolutionem obtineri non liceat; qui contrarium docere, aut tanquam probabile defendere, aut ad praxim directè, vel indirectè quouis modo deducere tentauerit, pænam excommunicationis latæ ſententiæ ſolo S. Pontifici reſeruatæ ipſo facto incurrat, vltrà alias arbitrio noſtro irrogandas. *Cle. VIII. in Gener. Cong. S. Inquiſit. 20. Iun. 1602.*

15 Confeſſario omninò ſit interdicta facultas, & iuriſdictio abſoluendi eum, qui criminis ſocius, aut quocunq; modo particeps cum confeſſario fuerit, ſub pæna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, carceris, & alijs arbitrio noſtro declarandis. *Conc. Prouin. Mediol. 7.*

16 Quoniam plurimum refert confeſſionis ſigillum inuiolatum ſeruari, propterea caueant Confeſſarij nullo

vn-

vnquam caſu, etiam alicuius boni conſequendi, aut mali euitandi cauſa, quoduis vel minimum peccatum, aut ſi quid aliud ſub ſigillo confeſſionis cadat, directè, vel indirectè, ante, vel poſt mortem pænitentis reuelare, ſub pæna vltra ſacrilegium, depoſitionis, diri carceris, alijſq; arbitrio noſtro.

Ex teſt. in c. omnis vtriuſq; ſexus in ſi. de pænit. et remiſ.

17 Ita execrandum, ac horribile in adminiſtratione huius pænitentiæ ſacramenti reputatur ſolicitationis ſcelus, quippè quo loco ſpiritualis medelæ, mortiferum præbeatur venenum, vt non ſolum ſit à Confeſſarijs ſugiendum, ſed penitus exhorreſcendum; meritò igitur ſolicitantes in cõfeſſione ad turpia, & inhoneſtos actus, turpeſq; ſermones, ſeù tractatus habentes, ſiuè ſint peccata inter confeſſarium, & pænitentes, ſiuè agat confeſſarius, vt cum alijs fiant, ſiuè ante, ſiuè poſt immediatè, ſiuè occaſione, aut ſub prætextu confeſſionis, ea etiam non ſecuta, ſiuè extra confeſſionem, in loco confeſſionis, tanquam de hæreſi ſuſpecti prò criminum qualitate, & circumſtantijs, grauiſſimas dabunt pænas, non ſolum ſuſpenſionis ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcunq; verum etiam perpetuæ inhabilitatis ad illa obtinenda, necnon priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, ſi regulares fuerint, exilij, damnationis ad triremes, & carceris, etiam in perpetuum abſq; vlla ſpe gratiæ, & pro delicti grauitate, etiam præcedente degradatione, curiæ ſeculari puniendi tradentur.

Pius V. cõſti. 3. cõ. 2. Greg. XV. conſtit. 34. §. 4. tom. 3. Bull. Cher.

Semel verò huiuſmodi de cauſa confeſſarij officij priuatus, ita ſemper efficiatur inhabilis, vt nunquam redintegratione conſequi valeat.

C. S. Officij apud Laur. de franch. tom. 1. cõtrou. 4.

18 Teneantur inſuper ſolicitati denunciare ſolicitantes, & confeſſarij propterea ſuos pænitentes, quos nouerint ab alios ſolicitatos, moneant de huiuſmodi obli-

Ead cõſtit. Greg. XV. §. 7.

obligatione, quod ſi hoc officium prætermiſerint, vel non teneri docuerint, prò modo culpæ grauiſſimè punientur.

De Caſibus reſeruatis.
Pratic. VII.

1 NE tam liberè per ſenſuum voluptates deprauata circumferatur humana voluntas, omnia ſunt proponenda media, quibus à grauioribus criminibus patrandis fideles reuocentur, vt igitur à difficultate abſolutionem conſequendi, peccatorum grauitatem faciliùs arguant, animarum curæ præpoſiti tranſumptum Bullæ in Cœna Domini, & caſus nobis reſeruatos ſemel ſaltem in anno ſuis plebibus euulgent, iuxta Tabellam impreſſam inferius regiſtrandam.

2 Caueant Confeſſarij, ſiuè ſeculares, ſiuè regulares, etiam vigore cuiuſuis priuilegij, quamuis maris magni, ſeù bullæ auræ, abſq; expreſſa licentia abſolutionem impartiri in caſibus, ſiuè apertè, ſiuè dubiè contentis in Bulla Cœnæ Domini, vel alijs quomodocunq; Sedi Apoſtolicæ, vel nobis reſeruatis, etiam in caſu neceſſitatis, vel impedimenti, excepto mortis articulo, ſub excommunicatione S. Pontifici reſeruata ipſo facto, abſq; alia declaratione incurrenda, alijſq; pænis contentis in decreto S. Cong. Epiſc.

Clē. VIII. iuſſu Cōg. Epiſ. 9. Ianuar. 1601. & 26. Nouēb. 1602. & 7. Ianu. 1617. apud Barboſ. de off. Paroch. p. 2. c. 20. n. 62. verſ. S. Cong.

3 Præter excommunicationes contentas in Bulla Cœnæ, & caſus S. Pontifici, & nobis reſeruatos, debent Confeſſarij ſcire plures, & diuerſas alias cenſuras ſtatutas, vt in decretis Decretalium, Clementinis, Extrauagantibus, Concilio Tridentino, alijſque S. Pontificum bullis, & conſtitutionibus, quæ ferè omnes compilatæ

repe-

reperiuntur apud *Bonaccin.de cenſuris omnibus eccleſiaſticis in particulari ſuorum operum de moral.Theol. tom. 3.* & in Opuſculo inſcripto, *Memoriale ſciendorum à Clericis.*

De Sacramento extremæ Vnctionis. Praticab. VIII.

1 Licet toto humanæ vitæ curriculo nobis cum tartareis nequiſſimis hoſtibus acerrimè ſit dimicandum, vehementius tamen cruenti certaminis timor impendet, dum in extremo vitæ termino, inter infirmitatis anguſtias viribus deſtituti, vltimum debemus claudere diem, tunc enim validioribus auxilijs ſpirituales ſunt deferendæ ſuppetiæ. Proptereà omni ſtudio curent Parochi, infirmos prius quam ſenſus hæbeſcere incipiant, tanti Sacramenti robore communire.

Trid. ſeſſ. 14.hoc tit.

2 Sacrum oleum non per ſe ſolum, ſed in goſſipio, ſeù bombacio ſeruetur, ne effluere facilè poſſit, detineatur in vaſculo ex argento, ſeù ſaltem ex perpolito ſtamno, quod inuoluatur in capſula ex corio ambuſto, aut in burſa ſerica violacea cum ſuis opportunis cordulis, vt ad collum Sacerdotis appendi poſſit.

Recondatur in armariolo, ſeù feneſtella in proximo pariete in cornu Euangelij Altaris maioris effoſſa, intus, & exterius peropportunè exornetur, ſera, & claue validè muniatur, literiſq; maiuſculis ſuperimponatur inſcriptio, OLEVM INFIRMORVM.

3 Non miniſtretur hoc Sacramentum niſi à proprio Parocho, ſeù ab alio de eius licentia ipſo impedito, ſuperpelliceo, & ſtola induto, nec in alijs, quam in Eccleſijs Parochialibus retineatur, exceptis Eccleſijs

C.Epiſ.13. Iul. 1589.

Re-

Regularium, quibus prò ipſorum vſu dumtaxat retinere permittitur, qui autem ſiuè Clericus ſecularis, ſiuè regularis, abſq; Parochi ſpeciali licentia miniſtrare preſumpſerit, ſciat ipſo facto incidere in excommunicationem Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruatam, exceptis caſibus ex indultu Eugenij IV. permiſſis.

Clem. 1. de priuil. Eugen. IV. apud Miranda in manual. Prelat. tō. 1. q. 46. ar. 1. verſ. ſed quæro.

4 Exhibeatur hoc ſacramentum ſoli homini baptizato, graui morbo tantummodò laboranti, propeq; morituro, ſi ratione vtatur; vel certè antea vſus fuerit, eumdemq; recipere ſaltem verisſimiliter exoptaſſe dignoſcatur.

5 Non denegetur pueris ſufficientem rationis vſum habentibus, & ſacræ pænitentiæ, ſeù euchariſtiæ recipiendæ capacibus.

Ex Sot. in 4. diſt. 23. q. 2. art. 2. conclu. 4.

6 Diuturno verò tempore amentibus, aut phreneſi laborantibus, conferatur amoto irreuerentiæ periculo, & modò prius antequam ad talem ſtatum peruenerint, ita Chriſtianè vixerint, eorumq; ſalutis memores fuerint, vt ſaltem interpretatiuè huius ſacramenti receptionem exoptaſſe facilè præſumi poſſit.

7 Non expectetur ſtatus, quò infirmus ſit omnibus viribus deſtitutus, & omni prorſus ſenſu careat, aut omninò ipſius deſperata ſit ſalus, ſi præueniendi commodum habeatur temporis ſpatium.

8 Eodem tempore quò infirmus inungitur, verba proferantur, aliæq; expleantur cæremoniæ, quæ in Rituali Romano præſcribuntur; fiat vnctio in quinq; ſenſibus, pedibus, & renibus, ommittatur verò hæc vltima in mulieribus, & + viris religioſis propter honeſtatem, carentibus aliquo ſenſu vngatur caro propinqua, & locus oculorum ſi infirmus oculis careat.

+ In Rituali Romano hoc nō habetur: sed tantū hæc unctio ad lumbos omittitur semper in fœminis, et etiā viris, qui ob infirmitatē vix, aut sine periculo moveri nō possūt. =

9 Verborum forma ad ſingulas ſenſuum vnctiones repetatur, ſi verò periculum ſit in mora ne decedat in-

firmus, ab vnctionibus incipiatur, celeri motu omnes corporis ſenſus vngantur ſub vnica forma, nempè: *Per iſtam, &c. indulgeat tibi Deus quidquid per viſum, auditum, odoratum, guſtum, tactum deliquiſti, &c.*

Si verò infirmus dum inungitur, decedat, non vltra procedatur, ſi dubitetur an adhuc viuat, ſub conditione proſequatur, ſi viuis, &c.

10 Durante eodem morbo non iterùm conferatur, niſi ſemel inunctus melius haberi cœperit, mutata poſtea corporis valetudine, in nouum mortis periculum recidat.

11 Adminiſtrata hac ſanctiſſima vnctione, ſacrum oleum ad Eccleſiam reuertatur, goſſipium, ſeu ſtuppa, qua membra infirmorum deterguntur, non in domo infirmi, ſed in Eccleſia concrementur, eiuſq; cineres in ſacrarium reponantur.

12 Senio confectis licet non ægrotantibus ex veriſimili mortis periculo per vitæ reſolutionem non denegetur. Mulieribus verò in partu, ac damnatis vltimò ſupplicio non miniſtretur.

13 Delatio olei infirmorum vnà cum viatico, ſi opus fuerit, non ſit interdictum.

C. Epiſc. 20. Maij 1590. c. literis de conſecr. diſt. 3.

14 Quotannis renouetur, & vetus comburatur, & niſi in caſu neceſſitatis vti poſſit, ſi verò intra annum aliquo modo deficere dignoſcatur, modicum non benedictum in maiori quantitate ſuperfuſum augeatur.

De Sacramento Ordinis. Praticab. IX.

1 AD dandam ſcientiam ſalutis plebi eius Sacerdotes conſtituit Dominus in lucem gentium,

vt eorum oraculis, ac ſanctitatis exemplo vitiorum diſſipata caligine fideles à mortis faucibus reuocentur ad æuum æternæ fælicitatis; ad Sacerdotalis igitur dignitatis faſtigium, vt ſolum qui tanquam Aaron vocati promoueantur, hæc obſeruari præcipimus.

2 Nemo ad vllum ordinem, nec ad primam Clericalem tonſuram, abſq; diſpenſatione canonica, ſiuè extra tempora à iure ſtatuta, ſiuè ante ætatem legitimam, aut abſq; noſtris literis dimiſſorijs promoueri poſſit, & valeat, adeò vt qui contrafecerit, à ſuſcepti ordinis executione, & exercitio ipſo facto ſuſpenſus remaneat, & ſi huiuſmodi ſuſpenſione durante in eiſdem ordinibus miniſtrare præſumpſerit, vltra irregularitatem quam ipſo facto contrahit, grauiſſimas alias perſoluet pænas.

3 Qui verò falſis dimiſſorijs clericali tonſura initietur, vel ad minores ordines promoueatur, etiam ſi qualitatibus requiſitis per Concil. Trid. in c. 16. ſeſſ. 23. requiſitis præditus fuerit, nihilominus ſecuta prius deſuper declaratione, fori priuilegio minimè gaudeat, ſed ſeculari iuriſdictioni, vt antea plenè in omnibus ſubiaceat, ex conſtit. Vrban. VIII.

4 Ne in Clericalis dignitatis opprobrium, qui diuino miniſterio adſcribuntur, aut ſordes artes exercendo, aut mendicando, neceſſaria ad ſui ſuſtentationem quærere cogantur, nemo ad ſacros ordines admittatur, niſi ſufficientem titulum habeat beneficij, penſionis, aut patrimonij ad minus annui reditus ſcutorum quadraginta.

5 Beneficium non ſit litigioſum, ſed pacificè poſſideatur, lite, controuerſiaque ſuper eodem mota durante, quis ad eius titulum ordinari nequeat.

6 Poſtquam verò huiuſmodi titulum collatum

Trid. ſeſ.6. c.1. ſeſ.7.c. 11. ſeſ.14. c 2. Cõcil. Nicen. c.7. Cõcil Aurel.3 c.15. Pius V. cõſtit. Clem. VIII. cõſt. 40. tom.3. Bull.Cher. qua reducitur conſt. Sixti V. ad terminos Tr. & Bul. Pij II. c.de eo de temp. ordin. Vrb. VIII. conſtit. 33. §.4. tom.4. Bull. Cherub. f.52. Trid. ſeſſ. 21. ref. c.2. c diac. diſ. 93. c nemine, c. Sãctorũ 70 diſ. c cũ ſecundũ de preb. c. ſi epiſ. de preb. in 6. DD apud Vgol. de off. Epiſc c.26. §.8. nu. 3. verſ. tertio conſtare.

Trid. ſeſſ. 21.ref.c.2. Pius V. cõſtit. incip. quarta K. Apr.1568. Bull. conſ. 58.

fuerit, reſignari, aut permutari nequeat, niſi ordinatus aliundè habeat, quò ſe commodè ſuſtentare valeat, & facta mentione ſe ad illius titulum promotum fuiſſe, neceſſariam deſuper à nobis facultatem obtineat, quibus non concurrentibus reſignatio ipſa, quamuis fieret cum penſione ſufficienti ad congruam ſubſtentationem, nulla, & inualida remaneat, nullamq; executionem mereatur.

Trid. ſeſſ. 21. c. 2. c. neminẽ, c. Sãctorũ 70. diſt. c cum ſecundũ de praben.

7 Patrimonium non ſit fictitium, ſimulatum, aut commentitium, ſed verum, certum, & reale, in rebus immobilibus, ac fructiferis ſine fraude conſtitutum, quod permutari, alienari, vendi, extingui, remitti, grauari, renunciari, aut retrodonari nullatenus poſſit, abſq; noſtra ſpeciali licentia, & donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens non fuerit adeptum ſub pænis in antiquis canonibus ſtatutis, & à Trid. innouatis.

8 In ea Eccleſia in quà ordinati adſcripti fuerint, ordinis functiones obeant, & intra duos menſes in Abbatiali Cancellaria literas teſtimoniales ſuſcepti ordinis exhibeant, vt in librum ordinationis referantur.

9 Ordines ſuſcepturi vltrà neceſſaria requiſita, quę afferre tenentur iuxta tabellam in calce impreſſam, prima Clericali tonſura initiandi ſciant fidei rudimenta, legere, & ſcribere ſaltem lingua materna, oſtendant ſpem in clericali diſciplina perſeuerandi, propterea interrogentur an ſpontè, aut parentum perſuaſione, an alio reſpectu accedant.

Trid. ſeſſ. 23.c.4.ref.

Qui minores recipere cupiunt, ſciant linguam latinam, & oſtendant capacitatem, & bonam indolem ad profitendum, vt ſcientiæ ſpe habiles, & digni ad alios recipiendos dignoſcantur.

Trid. ſeſſ. 23. refor. c. 11.

Ad ſacros verò promouendi, ſint verſati in minoribus, & inſtructi in ijs, quæ pertinent ad ordinis ſuſcipien-

Trid. ſeſſ. 23. refor. c. 13.

piendi exercitium, benè linguam latinam intelligant, & horas canonicas recitare ſciant, & Deo auctore ſe continere poſſe ſperent.

Talem demum debeant habere ſcientiam ad ſacerdotalis dignitatis gradum aſcenſuri, vt populo tradere poſſint, ea, quæ neceſſaria ſunt, tum ad ſalutem animarum, quam ad miſſæ celebrationem, & ſacramentorum adminiſtrationem; aliqualem inſuper habeant peritiem muſicæ, ſeù cantus firmi modulationis. *Trid. ſeſſ. 23 refor. c. 14.*

10 Literæ teſtimoniales concernentes neceſſaria requiſita à Parochis Clericis noſtræ Diœceſis ſubſcribendæ non excedant datam triginta dierum, fiant iuxta præſcriptas formulas, annus, dies, menſis extenſis literis deſcribantur, & proprio ſigillo, aliàs in Abbatiali Cancellaria non comprobentur.

11 Qui autem tali canonico impedimento afficiuntur, vt ad ordines admitti nequeant, ſunt qui ſequuntur.

Rudes, ignari, & illicterati, c. præcip. diſ. 34.

Illegitimè nati, c. 1. & fi. de fil. presb.

Corpore vitiati, & inſigniter deformes, vt Leproſi, Paralytici, Epileptici, Amentes, Phrenetici, Arreptitij, & ſimiles, vt tot. tit. de corpor. vitiat. c. non confidat. d. 50.

Minores ætate ſingulis ordinibus requiſita, Trid. ſeſſ. 23. refor. c. 5. & ſeq.

Neophiti, c. 1. d. 48.

Serui, ſeu mancipia, c. nullui, c. quicunq; d. 54.

Peregrini, & ignoti, alijq; ex remotis partibus, ex conſt. Clem. IV. ampliata in conſt. Vrban. VIII. ex ordine Bullar. Cherub. 33. §. 2.

Solemniter pęnitẽtes dummodò cũ Pęnitentia habeant adiunctam infamiam, vt ex c. de pęnitentibus, & c. canones declarat Bonacc. tit. de irregul. diſ. 7. q. 3. punct. 2. nu. 4.

Bi-

Bigami, tit. de Bigam. per totum.
Ratiocinijs, & curiæ obligati, c. 3. d. 50. c. 1. & 2. ne Cleri. vel Mon.
Coniugati, c. vxoratus de conuerſ. coniug.
Non confirmati, Trid. ſeſſ. 23. c. 4. de reform.
Impudici, Concubinarij, & publici fornicatores.
Ebrioſi.
Homicidium, aut mutilationem iniuſtam perpetrantes, ſeu mandantes, conſulentes, cooperantes, aut quocunque modo auxilium præſtantes, ſiuè antea, ſiuè in ipſo delicti actu, ſiuè poſtea effectù ſecuto, diſ. 50. p. 1. decret.
Milites, qui in bello iuſto aggreſſiuo occiderint, vel obtruncauerint, c. Clerici, c. quicunque 23. q. 8. c. petitio de homicid.
Iudex qui ſententias protulerit in cauſa ſanguinis ſecuta morte, vel mutilatione, prout cæteri alij qui aliquo modo fuerint cooperati, vt Accuſator, Denunciator, Promotor Fiſcalis, Aduocatus, Notarius, Teſtis, c. ſententiam ſanguinis ne Cleric. vel Mon. c. literis de exceſ. prælat. c. 1. d. 51. c. ſepe, c. his quibus 23. qu. 8.
Lapſi poſt ordinem.
Duellum committens, vel aſſocians, Trid. ſeſſ. 25. ref. c. 19.
Criminoſi, ac infames, ſiuè infamia iuris, ſiuè facti, vt vſurarij manifeſti, periuri, raptores Mulierum, falſarij, eiuſq; complices, c. infames 6. q. 1. c. teſtis 2. qu. 7.
Mimi, Hiſtriones, glo. in c. quoniam vetus 24. q. 1.
Rebaptizantes, & rebaptizati ſcienter, alijque rebaptizationi cooperantes, c. qui bis, c. eos quos, c. non licet, c. rebaptizare de conſ. d. 4. c. 2. de Apoſt.
Apo-

Apoſtatæ Hæretici, ac de hæreſi ſuſpecti, eorumq; deſcendentes per lineam paternam vſq; ad ſecundum gradum, & per maternam vſq; ad primum, c. 1. de apoſt. c. presbyt. d. 50. c. inter ſolicitudin. de purg. canon. c. 2. §. hæretici de hæret. in 6.

Cenſuris ligati, vt excommunicati, interdicti, ſuſpenſi, c. cum illorum de ſent. excommun.

Irregulares alijs modis.

Exercens ordinem quem non habet, modo ſcienter ſeriò, & ex officio miniſtret, c. 1. & 2. de Cleric. non ordinat.

De Exorciſtæ Officio. Pratic. X.

1 QVoniam niſi cum conſcientia ab omni criminis labe purgata, magna cum humilitate, & fide, orationes, & ieiunia adhibendo, munus expellendi Demones à corporibus obſeſſis exerceri debet, quapropter nemo ad exorcizandum accedat, niſi de noſtra licentia, his tantum gratis concedenda, quorum ætas, vitæ, ac morum honeſtas prius à nobis comprobetur.

2 Non exorcizetur, niſi in Eccleſia tantum, non ante Solis ortum, nec poſt eius occaſum, præſentibus ſolum honeſtis, ac grauibus perſonis, cæteris excluſis, non adhibeantur alij exorciſmi, quam ab Eccleſia Catholica approbati, nec huiuſmodi occaſione quidquam muneris, aut doni quantumuis minimi exigatur; accuratè priuſquam hoc munus aggrediatur, animaduertatur, an vexatio ex naturalis morbi vi, an malorum ſpirituum potentia prouenire poſſit.

De

De Sacramento Matrimonij. Praticab. XI.

Eugen. IV. cõſ.19.§.16. Bull. Cherub.tom.1.

1 MAtrimonij Sacramentum, quò perpetuò fœdere Coniuges indiuiduam vitæ conſuetudinem retinentes, deſponſationem, ac indiuiſibilem coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ deſignat, vt à fidelibus omni ſanctitate tractetur, quoniam vt inquit Apoſtolus: *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*. Ea omnia, quæ ab Oecumenica Tridentina Synodo præſcripta, & ordinata fuere, inuiolabiliter obſeruari mandamus.

Trid. ſeſſ. 24. de Matrim. in princ.

Trid. dicta ſeſſ. c. 9.

2 Coniuges ſicut indiſſolubili nexu debent eſſe duo in carne vna, ita par eſt vt liberè ab omnibus matrimonia celebrentur; nemo igitur audeat directè, vel indirectè quouis modo cogere ſubditos ſuos, vel quoſcunq; alios ad determinata, & particularia matrimonia ineunda, liberam contrahentium coarctando voluntatem ſub pœna Anathematis ipſo facto incurrenda.

Rot. coram Greg. XV. deciſ. 395. Seraph. deciſ. 900. deciſ. panes Aldan. in cõpẽd. can. deciſ. lib. 1. tit. 8. in Romana 15. Sept. 1629.

3 Ipſum verò matrimonium contractum propter vim, & grauem metum mortis à parentibus, ſeu alijs illatum, ita irritum, & inualidum remaneat, vt etiam ſi poſt obitum illius, qui vim, & metum incuſſit in matrimonio perſeueratum, & filij ſuſcepti fuerint, conualidari nequeat.

4 Sponſalia à quibus matrimonium ſuum ſortitur initium, vt abſq; tanti ſacramenti contemptu debita circumſpectione, omni remota fraude, deceptione, & dolo contrahantur, impoſterùm non clandeſtinè, ſed palàm coram teſtibus inter perſonas habiles, per verba inducentia promiſſionẽ futuri matrimonij fieri debeant.

Quam-

5 Quamuis matrimonia à filijsfamilias libero ipſorum conſenſu inuitis parentibus contracta teneant, honeſtiſſimum tamen videtur, & rationi ſummoperè conſonum, vt filiusfamilias in re tam graui, conſilijs, & voluntati parentum ſubiaceat, propterea ab vnoquoq; Parocho exigatur conſenſus tam inter ſponſum, & ſponſam, quam inter parentes, & propinquiores conſanguineos, quod ſi quid difficultatis compererit, nos admoneat, vt ſicut in Domino expedire iudicabimus ad denunciationes progrediatur.

6 Licet neſcientibus Doctrinam Chriſtianam, aut ſaltem Pater noſter, Aue Maria, Credo, & decalogum, matrimonium prohiberi nequeat, ex decret. S. Cong. tamen moneantur à Parocho ſe non ad tertiam denunciationem venturum, niſi illa ab eis rectè memoria teneri, & intelligi compererit, ſuauitèrq; abſq; violentia ad breue tempus impediat, vt ſic addiſcere curam habeant. *C. Epiſc. 3. Martij 1588.*

7 Illi tantum denuncientur qui in ætate legitima conſtituti, ad copulam, & conſenſum coniugalem præſtandum apti reperiuntur, propterea ſponſus 14. & ſponſa 12. ſint annos nati, aut ex habitu corporis pubertatem, & aptitudinem exhibeant. *c. atteſtationes, c. ex literis, c. cõtinebatur, c. puberes de ſponſ. impub.*

8 Matrimonium contracturi, ſi eo anno in Paſchali ſolemnitate confeſſi minimè fuerint, & ſacram Euchariſtiam non ſumpſerint, ab huius ſacramenti conſecutione arceantur, nec præfatorum denunciationes publicentur.

9 Hortentur Coniuges iuxta Concil. Trid. præſcriptum, vt antequam contrahant, vel ſaltem triduo ante Matrimonij conſumationem ſua peccata diligenter confiteantur, & piè ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum accipiant; *Trid. ſeſſ. 24. reform. matrim. c. 1.*

10 Vt deteſtandum poligamiæ crimen omninò tollatur, vagantes, ignoti, aduenæ, alienigenæ, incertas habentes ſedes, & quicunq; alius extraneus ex aliena, ſiuè propinqua, ſiuè longinqua Diœceſi ad matrimonium non recipiatur, licet vnus ex contrahentibus ſit notus, & incola, propriumq; habeat domicilium, & ſit Parochi ſubditus, niſi facta diligenti inquiſitione de vita, & moribus, exhibitiſq; prius in Abbatiali Cancellaria proprij Ordinarij literis teſtimonialibus liberi ſtatus, & denunciationum apud ſuos habitarum, nullumq; aliud intercedat impedimentum canonicum, quò minus in matrimonium coniungi nequeat, & neceſſariam in ſcriptis facultatem à nobis obtinuerit.

C. S. offic.

11 Depoſitiones teſtium in cauſis matrimonialibus in Abbatiali Cancellaria inducendorum, non aliter recipiantur, quam iuxta formam inſtructionis ſacræ Sanctiſſimæ Inquiſitionis Congregationis.

c. in præſentia 19. de probat. C. Còcil. in Mediol. 18. Sept. 1627.

12 Viduus ad ſecundas nuptias non admittatur, niſi de alterius coniugis obitu legitimis probationibus doceatur, nec abſentia longi temporis, abſq; alia notitia ſuperuenienti prò ſufficienti habeatur.

Trid. ſeſſ. 24. de ref. c. 10.

13 Solemnitates nuptiarum non celebrentur, aut benedictiones fiant ab Aduentu D. N. Ieſu Chriſti, nempè à primis Veſperis Sabbati præcedentis vſq; ad Epiphaniam; & à feria quarta Cinerum, ſcilicet ab eius media nocte vſq; ad octauam Paſchæ incluſiuè.

C. Epiſ. 18. Decemb. 1589.

14 Sponſalia verò per verba de futuro, & denunciationes his temporibus præmittere non prohibeantur.

DD. apud Barboſ. de poteſt. Epiſ. alleg. 32. nu. 206.

15 Parochus matrimonijs perſonarum interdictarum durante interdicto non interſit.

16 Qui diabolico ſpiritu ductus maleficijs, incantationibus, alijſq; flagitioſiſſimis artibus ſacrum Matrimonij nexum, eiuſq; copulam impedire procurauerit, con-

ſul-

ſuluerit, ſeù mandauerit, & quomodolibet in tam dete- *Sixt. V. cõ-*
ſtando ſcelere particeps fuerit, excommunicationis ſen- *ſtit. 17. Bul-*
tentiæ, & carceris etiam perpetui pænæ ſubiaceat. *lar. Cher. tom. 2.*

17 Antequàm deueniatur ad publicationes matrimoniales, exigatur à Parocho non in domo contrahentium, ſed in Eccleſia vtriuſq; Sponſi conſenſus ſeparatim, ne detur occaſio cõtrahendi matrimonium per verba de præſenti, non præmiſſis denunciationibus.

18 Perquiſita vtriuſq; ſponſi voluntate, interdica- *Trid. ſeſſ.*
tur eiſdem commercium, pernoctatio, cohabitatio in ea- *24. c. 1. de*
dem domo, & copula, donec recepta ſancta benedictio- *ref. §. proptereà.*
ne ritè in matrimonium coniungantur, ſub pæna arbitrio noſtro imponenda.

19 Quod ſi de prohibita huiuſmodi copulatione, &
pernoctatione ſponſorum, aliter quam per pænitentiæ *DD. apud Ric. ī prax.*
ſacramentum compertum fuerit, ſuperſedeatur à cele- *p. 1. reſol.*
bratione matrimonij, & negotium ad nos deferatur, vt *224. n. 22.*
prò modo culpæ, de tàm diro ſtupri crimine condignas *C. Epiſc.*
perſoluant pænas; in foro verò pænitentiali imponatur *15. Maij*
non publica pænitentia, ſed ſalutaris, aut pecuniaria *1590.*
moderata.

20 Diligenter à Parocho his omnibus animaduerſis, tribus continuis diebus feſtiuis de præcepto, in Eccleſia etiam vtriuſq; (ſi diuerſæ Parochiæ contrahentes ſint) inter Miſſarum ſolemnia denuncietur, inter quos matrimonium ſit contrahendum, ad Concil. Lateranenſis, & Trid. præſcriptum.

21 Publicationes non remittantur, niſi iuſtis con- *Trid. ſeſſ.*
currentibus cauſis, an præmittendæ; an omninò ommit- *24. reſor.*
tendæ à nobis decernatur, & neceſſaria facultas im- *c. 1.*
partiatur.

22 Quod ſi matrimonium celebretur non abſolutè remiſſis omnibus, aut aliquibus denunciationibus, publi-

cari tamen debeant immediatè ſubſequentibus diebus feſtiuis, præmonitis coniugibus, vt interim à copula omnino abſtineant.

23 Si in publicatione denunciationum aliquod impedimentum detegatur, ſiuè illud ſit manifeſtum, ſiuè dubium, ſiuè verum, ſiuè falſum, ſupraſedeatur, donec re nobis delata, quid expediat determinetur.

Ex Rit. Rom.

24 Non deueniatur ad matrimonij celebrationem ſtatim poſt vltimam denunciationem, ſed ſaltem duorum dierum interiecto ſpatio, vt detur aditus de impedimentis vnicuiq; cogitandi, illaq; aperiendi.

Deciſ apud Bonacc. de matr. q. 4. pũct. 6. n. 1. verſ. quare.

25 Notabilis verò temporis curſus ab ipſis denunciationibus intercedere non debeat, ſed ita poſt lapſum duorum menſiũm circunducantur, vt nouæ ſint præmittendæ.

26 Si nullum detegatur impedimentum, à proprio Parocho, ſeù alio Sacerdote de ipſius licentia procedatur ad Matrimonij celebrationem, ad formam S.C.Trid. & Ritualis Roman. non in priuatis ædibus, ſed in ipſa Eccleſia, neq; à prandio, ſed manè, tribus, aut duobus adhibitis teſtibus; qui contrauenire præſumpſerit, per annum à Sacramentorum adminiſtratione ſuſpenſus remaneat, vltrà alias pænas arbitrio noſtro laturus.

Clem. vltim. §. ſi de Clandeſt. diſpenſ.

C. Conc. in Piſaur 13. Iul. 1603. c. 1. de ſecund. nupt.

27 Nuptialis benedictio inter Miſſarum ſolemnia donetur, tranſeuntibus ad ſecunda vota, denegetur, niſi ſponſa alio matrimonio non copulata viduo iungatur.

Ead. 15. Decemb. 1574. Rot. deciſ. 390. nu 6. p. 2. recẽs.

28 Si contrahentes ſint ex diuerſis Parochis, ille erit proprius Parochus, in cuius Parochia matrimoniũ contrahitur, præſentia enim vnius Parochi ſiuè viri, ſiuè Mulieris in hoc ſufficere ſciendum.

29 Referantur immediatè poſt in particulari matricula, ſeù libro ad hunc effectum dumtaxat compaginato, nomina, cognomina coniugum, & teſtium, cum men-

mentione denunciationum, ſiuè legitimæ facultatis obtentæ, ſi ommiſſæ fuerint, ipſiuſq; Matrimonij celebrationis dies, locus, menſis, & annus, inſuper ſubſtitutio alterius Sacerdotis, qui de Parochi licentia Matrimonio interfuit.

30 Regulares, denunciationes matrimoniales publicare nequeant; ſi verò matrimonia ſolemnizare auſi fuerint, ſpeciali à proprio Parocho non habita licentia, vltrà ſuſpenſionem, ipſo facto in excommunicationem Sedi Apoſtolicæ reſeruatam incidant; quicunq; alius Sacerdos tandiù manebit ipſo iure ſuſpenſus, quandiù legitimè à nobis abſolutus fuerit.

S. Congr. apud Legã. in ſum qq. regul. c. 12. n. 41. verſ. ad 6. Clem. 1. de priuil. Trid. ſeſſ. 24. reſor. c. 1.

31 Qui aliquo conſanguinitatis, vel affinitatis impedimẽto detecti, tempore medio, quò prò diſpenſatione Pontificis literas expectant; & antequam à nobis neceſſario decreto expediantur, ſi copulam carnalem habuerint, noua adhuc egere Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione, & interim ſeparari omninò debere ſciant.

32 Coniuges qui poſt duos menſes à celebratione matrimonij ſimul non cohabitauerint, & ſine Eccleſiæ iudicio ab indiuidua maritalis vitæ conſuetudine receſſerint, propriaque auctoritate à communi habitatione diſceſſerint, aut ſe à coniugali Toro ſeparauerint, grauiter arbitrio noſtro prò exceſſus grauitate punientur.

Sixt. V. cõſti. 46. §. 2. Bul. Cher. tom. 2.

33 Si verò dolo, vel fraude à coniugibus Tori ſeparatio affectata, & obtenta fuerit, vir ſi poſt à ſe abiectam, vel amotam vxorem, concubinam introduxerit, vel cum meretricibus, & alijs mulieribus impudicam vitam duxerit, & Mulier huiuſmodi occaſionem nacta pariter ſe impudicæ vitæ dederit, aut cum diuerſis perſonis adulteria perpetrauerit, ſeù palam ob turpem quæſtum ſui copiam fecerit, grauiſſimis etiam vltimi ſupplicij pænis afficientur.

Ead. conſt. §. 3. & 4.

Ead. conſt. §. 7. 34 Inſuper vir qui propriam vxorem in prædam alienæ libidinis tradiderit, & re ipſa proſtituerit, ſeù induxerit ad quæſtus, ſeù quauis alia cauſa ad palam adulteria exercenda, eaſdem ſoluet pænas.

Six. V. cōſt. 59. Bullar. Cherub. tom. 2. 35 Eunuchi, Spadones vtroq; teſte carentes tanquam inhabiles in matrimonium non coniungantur, & ſi de facto matrimonium contraxerint, nullum, irritum, & inualidum remaneat, & omninò ſeparentur.

36. Debeant demum Parochi rectè ſcire matrimonij impedimenta, ne cum aliquo impedimenti vitio ex eorum ignorantia matrimonia inualidè contrahantur.

37 Vlteriùs vt poſt proclamationes huiuſmodi impedimenta denunciari poſſint, expedit vt eorum ſubſtantia, & vis etiam à ſuis plebibus benè teneantur, propterea curent Parochi ſemel ſaltem in anno inter Miſſarum ſolemnia populo explicare, prout his carminibus continentur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis,
Raptauè ſit Mulier, nec parti reddita tuta,
Si Parochi, & duplicis deſit præſentia teſtis,
Hæc ſocianda vetant, connubia facta retractant.

CON-

CONSTITVTIONVM
Et Decretorum
SYNODALIVM
PARS TERTIA.

De Sacroſanctis Eccleſijs, ſeù de pertinentibus ad earum reuerentiam, immunitatem, miniſtrationem, & conſeruationem.

De reuerentia Eccleſijs exhibenda. Praticab. I.

1 NE Templum Dominicum, vbi Diuina maieſtas, quam Cœli capere non poſſunt, regale ſuum conſtituit ſolium, ad liberaliùs cœleſtia beneficia fidelibus largienda, deprauatis conſuetudinibus, perditiſq; moribus efficiatur ſpelunca latronum, hæc præcipuè obſeruanda ſtatuimus.

2 In ſacroſanctis Eccleſijs, vt verè Domus orationis eſſe dicantur, nil aliud ſit peragendum, quam orare, *c. Apoſt. de conſecrat. diſ. 1.*
pſal-

pſallere, diuinis officijs, & præcipuè Miſſæ ſacrificio omni pietate, & humilitate intereſſe.

c. cantãtes 92.diſ.c.cũ decorem de vit. & honeſt. Cler. Panor.in c. cũ Eccl. de imm. Eccl. c.decet tit. eod. in 6. c. 1. c. cum Eccleſia tit. eod.

3 Ludi Theatrales, monſtra laruarum, aut lubricæ feſtiuitates, Chori ſecularium, vel cantica puellarum, & profana huiuſmodi nullatenus fieri permittantur.

4 Laicorum congregationes, Vniuerſitatum conſilia, ſeu publica parlamenta extra actum pietatis non habeantur; nec ſecularia negotia contractus, & alia huiuſmodi pertractentur, concludantur, perficiantur, aut ſtipulentur.

5 Conuiuia, commeſſationes cum irreuerentia loci ſacri, & præcipuè pernoctationes, & vigiliæ etiam cauſa celebrationis Sanctorum ſolemnitatum omninò interdicantur.

C. Epiſc. 7. Decemb. 1632.

6 Iudicia ſiuè ciuilia, ſiuè criminalia non inſtruantur, nec ius reddatur; teſtium, & reorum depoſitiones non recipiantur, etiam ſi extra locum immune iuramentum præſtiterint.

Pius V. cõſtit. 5. Bul. Cherub §. vt igitur tom. 2.

7 Seditiones, clamores, tumultus, impetus, & violentiæ non committantur, riſus immoderatus, vana, fœda, & profana colloquia non introducantur, præcipuè dum celebrantur ſacra Miſſarum myſteria, aliaque Diuina officia, & verbum Dei prædicatur; inhoneſti actus, turpiaque ſigna cum mulieribus impudicis non emittantur, ſed omni religionis cultu, debitus deferatur honos, & reuerentia.

Tr ſeſſ. 22. de obſer. & euit. in cel. Miſſar. S Bern. in Epiſt. ad Aremanc. S. Th. 2. 2. q. 19 art. 2. ad 2. Pius V. cõſtit. 5. Bul. Cher. 10. 2.

8 Theatralico more in Eccleſia non decantetur, ſed muſicus concentus, vt cum diuinis laudibus nullam habeat diſſonantiam, ita ſit grauitate plenus, vt neq; laſciuiam oſtendat, neq; ruſticitatem præbeat.

9 Quicunque verſo tergo ad Sanctiſſimum Sacramentum irreuerenter ſedere, aut aliquod, quod ſcandalum generet, aut diuina perturbet officia facere

præ-

præſumpſerit pænam vigintiquinque ducatorum incurrat.

10 Summoperè inuigilandum, ne ſub Religionis prætextu templa frequententur ea animi libidine, vt viri, & Mulieres ſe ſe aſpiciant, & colloquendi opportunitatem nanciſcantur.

11 Omnis cura adhibeatur ne violentia aliqua fiat, ſiuè per deſtructionem, incendium, ſiuè quouis alio modo ſacris ædibus, aut perſonis, & rebus, quæ in eiſdem continentur, delinquentes prò delicti qualitate, vltra diuinam indignationem, & ſacrilegium quod committunt, ſeueriſſimis afficientur pænis.

c. 2. c. in literis de raptor. c. ſicut antiquis, c. quiſquis inuictus 17. qu. 4.

12 Ne Eccleſiæ valuis affigantur res, ſeù ſchedulæ de rebus profanis, nec aliquod venale eius parietibus hæreat, nec minus ſuppellectilia, ſeù vtenſilia Domorum, aut quid frugum terræ recondatur, niſi propter hoſtiles incurſus, aut incendia repentina, aliaſq; vrgentes neceſſitates.

c. relinqui de cuſtod. Euchar.

13 Occiſorum cadauera ſine noſtra licentia non exhumentur, nec intus Eccleſiam recognoſcantur.

C. Immuni 2. Maij 1629.

14 Ne huiuſmodi delicta in Eccleſijs patrentur, & commiſſa ne impunita remaneant, debeant Eccleſiarum Rectores delinquentes admonere, & vetita fieri non permitti, vel ſaltem nobis puniendos deferre, quod ſi facere neglexerint, pænam duorum aureorum, aliaſq; arbitrio noſtro vice qualibet incurrant.

Pius V. d. conſtit. 5.

15 Pauperes Mendicantes, eleemoſynaſq; quærentes tempore Miſſarum, Prædicationum, aliorumq; Diuinorum officiorum non ſinant, ſed eos ad valuas Eccleſiæ permanere faciant.

Ead. conſt.

16 Ab Eccleſia arceantur Excommunicati, nominatim Interdicti, ſolemniter pęnitentes, ſacrilegi quamdiù ſunt contumaces; notoriè verò crimiuoſi ad tempus

c. qui iubēte 11. q. 3.

C. Epiſ. 23. Iul. 1603.

tantum. Turcæ, & Mancipia tempore Diuinorum officiorum ne permittantur.

De Immunitate Eccleſiarum. Praticab. II.

1 VT antiquiſſima Eccleſiarum libertas in eius immunitate inuiolata ſeruetur, ad obuiandum omnibus abuſis,& ſcandalis,omnemq; dubitandi,& perperam interpetrandi occaſionem tollendam, hæc præcipuè declarare decreuimus.

Tr. ſeſ. 25. c. 20. reſ. c. Eccleſ. de immunit. DD. apud Farinac. de immun. q. 17. num. 258. et 261.

2 Omnis Eccleſia, ordinaria Eccleſiaſticaq; auctoritate fundata, gaudet priuilegio immunitatis, etiam ſi in ea diuina non celebrentur officia, nec retineatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum; nec adhuc conſecrata reperiatur; quinimmò licet non ſit perfectè conſtructa, & ad ſuam perfectionem redacta, tanquam locus diuinis operibus dicatus.

DD. apud Dian. p. 6. tr. 1. de immun. R. 1. §. nota ſecundo.

3 Eccleſia polluta, & interdicta, ſicuti ratione pollutionis, & interdicti minimè aufertur loci ſanctitas, ita neq; eius immunitate priuatur; prout nec amittit Eccleſia deſtructa ſine auctoritate ſuperioris, & adſit ſpes reędificationis.

DD. apud Farin. eod. tit. c. 17. nu. 260. ſi quis contumax 17. q. 4.

DD. apud Farinac. de immunit. q. 18. n. 19.

4 Sub hoc priuilegio non tàm comprehenditur ipſa Eccleſia, quam ipſius Eccleſiæ porticum, ſcalæ, oſtium quamuis clauſum, tectum, & non ſolum totus ambitus internus, verùm etiam tota eius fabrica, & parietes exteriores, eiuſq; fines per triginta, vel quadraginta paſſus, ſeù per maiorem, vel minorem ſpatij tractum, non vltrà tamen, quam ſe extendat eiuſdem Eccleſiæ ambitus, & circuitus, & propterea non per viam publicam dicti paſſus ſe extendere, & menſurari debeant.

5 Inſuper non tam ipſius Eccleſiæ campanile, ſeù Campana licèt ab ea diſtet, non tamen vltrà triginta paſſus, & modò tantum inſeruiat prò ſeruitio Eccleſiæ, quam Cœmeterium, ſiuè ſit coniunctum, ſiuè ab Eccleſia ſeparatum.

C. Immun. 7. Septēb. 1632. c. ſi. de immun. Eccl. Gre. XIII.

6 Monaſteria, ſeù Domus Religioſorum, tàm ſecularium in communi viuentium, quàm regularium, eorumq; Clauſtrum, Dormitorium, Viridarium, Domus familiarium, & animalium, quæ vna, & eadem res cum Monaſterio reputantur, eadem immunitate fruantur.

conſtit. 7. Bul. Cher. tom. 2.

7 Capellæ verò priuatorum palatiorum, ſub hoc priuilegio non comprehenduntur, ex declaration. Sac. Congreg.

C. Epiſc. in Marcicon. 17. Nouēb. 1617. C. Immun. in Peruſin. 9. Decemb. 1631.

8 Tangens Sacerdotem Euchariſtiam deferentem, ſeù qui ſe immiſceat inter perſonas per vias venerabile hoc Sacramentum aſſociantes, eiuſdem immunitatis effectum conſequitur, non autem ſi tangeret ſimplicem Sacerdotem.

DD. apud Dian. p. 1. tr. 1. de immunit. R. 28.

9 Quoniam non propter perſonas, ſed perſonis propter locum immunitas conceditur, propterea Iudæi, & Infideles ab eius beneficij conſecutione non excluduntur.

C. Imm. de mēſ. Febr. 1631.

10 Confugiens igitur ad Eccleſiam, quantumuis grauia delicta commiſerit, nec directè, nec indirectè, ſiuè per vim expulſiuam, ſiuè compulſiuam, ab eadem extrahi poſſit, & ſi de facto extrahatur, de facto reſtitui debeat; ſub pæna excommunicationis ſtatim incurrendę S. Pontifici reſeruatæ, à qua abſolutio conſequi nequit, niſi redintegrata Eccleſia, & refectis damnis, & intereſſe, vltrà alias pænas à ſacris canonibus, alijſq; generalium Conciliorum S. Pontificum conſtitutionibus hactenus promulgatas.

c inter alia de immun. Eccl. c. ſicut antiqu. c verum, c. frater 17. q. 8. tot tit. C. de ijs, q ad Eccleſ. confug. Greg. XV. cōſt 7. §. 8. to. 2. Bull. Cherub. c ſi qs cōt. c. quiſquis 17. q. 4. c. 4. de immun. Eccleſ.

11 Neque exiſtentes in Eccleſia, præcipuè intra

l. præſenti, C. de ijs, q ad Eccleſ. cõfug. DD. apud Farinac de immun c. 19. nu. 299. Clẽ. VIII. apud Farinac. de immun. c 22. nu. 148. Sixt. V. 20. Maij 1589. Greg. XIV. cõſt. 7. §. 3. Bul. Cher. tom. 2.

eius fines poſſint obſideri, aut impediri ne eis alimenta, victus, veſtitus, aliaq; neceſſaria deferantur.

12 Sed quia Eccleſia non debet eſſe receptaculum malorum in præiudicium iuſtitiæ, & contra mentem Sacrorum Canonum, propterea caueant Rectores, & Superiores Eccleſiarum, ſiuè ſeculares, ſiuè regulares, condemnatos, bannitos, fures, aliaſque perſonas facinoroſas, ac etiam debitores fugitiuos, in Eccleſijs, alijſque locis immunibus recipere, ſed eos dimittere, nec in illis permanere facere, ſub pænis arbitrio Sanctiſſimi reſeruatis, ex literis Clementis VIII.

13 Immunitas tamen Eccleſiaſtica non ſuffragetur, minimèq; fruantur publici Latrones, Viarumq; graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas vias obſident, ac Viatores ex inſidijs aggrediuntur, depopulatores agrorum, quiuè homicidia, & mutilationes membrorum, in ipſis Eccleſijs, eorumq; Cœmeterijs committere non verentur, qui proditorie (id eſt ſub colore amicitiæ) proximum ſuum occiderit, Aſſaſſini, nempè qui recepta pecunia mediante mandato, prout ipſe mandans perpetrauerint homicidia, Hæretici, & criminis læſæ maieſtatis Rei in perſonam ipſiuſmet Principis, ex conſtit. Greg. XIV.

C. Conc. 3. Dec. 1632. apud Dian. in fi. 5. p. nu. 6. & 8. Greg. XIV. d. cõſt. §. 5. C. Epiſc. in Neap. 30. Sept. 1616. C. Laterã. ſub Alex. III. p. 1. c. 19. ſub Innoc. III. c. 46 c. non minus, c. aduerſus de immun. Eccleſ. Clẽ. vnic. tit. eod. c. 1. & 3. tit. eod. in 6.

Inſuper Mater, quæ proprium infantem occiderit, ſeù mulier, quæ malis medicamentis procurauit abortum fœtus animati.

14 Delinquentes, donec à nobis cognoſcatur, an verè crimina ſuperiùs expreſſa commiſerint in Eccleſiaſticis, carceribus detineri debeant.

15 Bona Eccleſiaſtica, cum eo ipſo, quod Eccleſijs traduntur, à dominio, & poteſtate laicorum eximentur, & ſpeciali iure ſub dominio Chriſti Domini conſtituantur, propterea ſunt immunia, & libera ab omnibus

one-

oneribus, & tributis; omneſque perſonæ Eccleſiaſticæ non tenentur ad gabellas, collectas, impoſitiones, datia, & ad quæcunque alia onera per laicos impoſita, & ſine incurſu excommunicationis ipſo facto S. Sedi reſeruatæ, ad huiuſmodi ſolutionem cogi non poſſunt.

16 Onera verò impoſita priuſquam prædia ad Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas peruenerint, tunc ſolum ſunt perſoluenda, quando ipſa onera, ſint vera, realia, ipſis fundis infixa, & impoſita bonis propter bona, non autem perſonis propter bona, ac ſi ſint perpetua, certa, & inuariabilia, non autem ex aliquibus cauſis vrgentibus, & illis ceſſantibus remouenda.

c. non minus, c. aduerſus de immunit. Eccl. c. 1. tit. eod. in 6. latè Rot. corã Merl. deciſ. 902. Canoniſtæ in c. 1. de immu. Eccleſ. in 6. Rot. d. deciſ. 902. corã Merlin. Clẽ. VIII. An. 1600. C. Controuerſ. iuriſdic. 21. Apr. 1640.

De Eccleſijs, Altaribus, & Cœmeterijs. Praticab. III.

1 NOn conſtruatur noua Eccleſia in locis noſtræ Diœceſi ſubiectis, præcipuè in præiudicium Eccleſiarum Parochialium, niſi congrua aſſignetur Dos, quæ prò manutentione neceſſariorum, & ad Rectoris, & Clerici ſuſtentationem ſufficiat, & ſpecialis licentia à nobis obtineatur.

DD. apud Barboſ. de poteſt. Epiſ. al. 26. n. 1. & all. 64. nu. 2. c. nemo, c. placuit de conſec. diſ. 1.

2 In Eccleſię ædificandę forma habeatur ratio proſpectus, ſitus, ſeparationis ab alijs ædificijs, vt peropportunè circundari quæat, & nemini per eam ad illa detur acceſſus, aut proſpectus, nullam propterea debet habere ianuam, quæ ad communem habitationem conducat, ſed aditus ita in via publica exiſtat, vt liber omnibus pateat acceſſus; Altare maius ad Orientem vergat, ſi commodè fieri poſſit, ſub eius fornice, ſeu ipſius Eccleſiæ proſpectu imago Chriſti crucifixi magna in alto ſtatuatur, & imago Sanctorum Titularium in eiuſdem

pro-

proſpectu ſuper portam maiorem depingatur; inſuper Crux ferrea in frontiſpicij culmine eleuetur, vt à profanis ædibus Dei templum diſtinguatur.

C. Epiſ. 11. Sept. 1611. & 5. Martij 1619. Ead. 19. Martij 1585.

3 Ne à domibus vicinis pateant feneſtræ per quas proſpectus ad Eccleſiam haberi poſſit. Ne vè officinæ, tabernæque eidem adhæreant, neq; arma, ſagittæ, animalia appendantur.

4 Altaria, ſi non lapidea, ſaltem lateritia eſſe debeant, non conſtituantur ſub organo, aut pulpito, nec in alio loco, quò celebrans terga vertat Altari maiori, nullum habeant vacuum, vt quid minimum ſub illis recondi poſſit; eorum altitudo à pauimento, ſeù ſcabello ligneo ſit duorum cubitorum, vnciarumq; octo, longitudo ad minus quatuor cubitorum, latitudo verò duorum; niſi fornicem habeant, tegmen ex decenti materia ſuperponatur, opportuniſq; cancellis ſepiantur.

c. Ead. Altar. de conſecr. diſ. 1.

5 Altaris menſa ſi tota conſecrata non fuerit, ponatur lapis ſacer capax continendi, non ſolum calicem cum patena, ſed etiam pixidem, ita ſit cum eius planitie peraptatus, vt nulla rimula intercedat, itaq; immineat ſuprà menſam, vt tactu à celebrante dignoſcatur.

DD. apud Gauant. in Theſ. Sacror. Rit. tom. 1. p. 1. tit. 20.

6 Vnumquodq; Altare ſit benè prouiſum de ſuis neceſſarijs, ſcilicet Mappis, Candelabris, Cruce, etiamſi in Icone ſit imago Sanctiſſimi Crucifixi, aut ibidem ſeruetur Sanctiſſima Euchariſtia, Tabella ſecretarum Orationum, Euangelio S. Ioannis, Pallijs diuerſorum colorum prò temporum varietatibus, Puluinaribus, tela cerulea, vt à puluere defendatur poſt Miſſæ celebrationem, & ſuppedaneo ex perpulitis tabulis benè compactis.

c. Eccleſia, vel Altar. c. placuit diſ. 1.

7 Nemini concedatur locus in Eccleſia ædificandi Altare ſine noſtra licentia, & congrua non conſtituta dote.

Sa-

8 Sacrarium ad maiorem opportunitatem in Capella maiori, aut propè Sacriſtiam exiſtat.

9 Vas aquæ luſtralis non foris, ſed intus Eccleſiam à latere dextro ab ingreſſu conſtituatur.

10 Sacriſtia cuiuſcunque Eccleſiæ ſit benè prouiſa de omnibus neceſſarijs prò Miſſæ celebratione, alijſq; functionibus Eccleſiaſticis, iuxta S. Romanæ Eccleſiæ ritum explendis, nihil ſordidum in eis appareat, ſed eum nitorem vbique præbeant, quem Diuino Agno non habenti maculam deceat.

11 Eccleſiæ vetuſtate collapſę reſtaurentur ex fructibus, & prouentibus quibuſcunque ad eaſdem Eccleſias quomodocunq; pertinentibus, ſeù ex redditibus, & decimis, quæ à Rectoribus, & beneficiarijs percipiuntur, ſi beneficij bona ipſius beneficiarij ſuſtentandæ vitæ ſuperſint, quamuis ad tuendam conditionem, ſeù ſtatum non ſufficiant; ſi verò non ſuppetunt fructus Eccleſiæ præter victum Sacerdotis, tunc Populi, & Parochianorum impenſa, ſeù Patronorum contributione ſuppleatur; quod ſi id commodè fieri nequeat, vocatis ijs quorum intereſt, transferantur in Matrices, aut alias vicinas arbitrio noſtro, etiam ſi de iure patronatus laicorum exiſtant, erectis Altaribus cum oneribus primarum Eccleſiarum; hæc eadem forma ſeruari debeat in reparatione ædium Parochialium omni contradictione remota.

Rot. deciſ. 545. nu. 1. apud Farinac. p. 1. in poſt. Ric. deciſ. Cur. Arch. Neap. 295. p. 4. Trid. ſeſſ. 2. c. 7.

C. Concil. apud Barboſ. de offic. Paroc. p. 1. c. 13. n. 12.

12 Altarium minorum inſtauratio præſtetur ab ijs, qui ratione fundationis, aliouè iure onus huiuſmodi impoſitum habent, qui ſi non reperiantur, aut præſtare neglexerint, concedantur ijs, qui ſponte voluerint, aliàs amoueantur, & ad Altare maius, ſeù aliud transferantur.

13 Eccleſiæ diruptæ lapides, cæmenta, ligna, in

vſum

vſum profanum nobis inſcijs non conuertantur, ſed in ipſius Eccleſiæ ſeruitium tantum deſeruire debeant.

14 Ea quæ minutiora iudicantur, vt claues, corporalia, & ſimilia à Rectore præſtentur, & prouideantur, licet à Populo præſtari negligantur, nec excuſari valeat, etiam quouis inopiæ prætextu.

15 Cæmeteria, muro, vel alia ratione ita muniantur, & cancellis occludantur, vt animalibus prohibeatur ingreſſus; in quorum medio Crux peropportunę magnitudinis erecta intueatur, in eiſdem plantæ, ac arbores, nutrire, fænum, & herbam, quæ beſtijs ſit pabulo ſecari, tritura fieri, telæ extendi, aut fabrile quid operari nequeat; ad impenſam verò reparationis Cœmeterij teneatur Populus.

c. decet de immunit. Eccl. in 6.

16 Si ex aliqua cauſa Eccleſia polluta remaneret, contiguum Cœmeterium, non tamen è contra, pollutum remanere animaduertendum.

DD. apud Barboſ. de pot. Epiſc. all. 27. nu. 29.

De bonis Eccleſiarum, Piorumq; locorum non alienandis. Pratic. IV.

1 NE ſacrilego ambitioſæ cupiditatis auſu bona immobilia, & prætioſa mobilia Deo dicata, ex quibus debito decore illuſtrantur Eccleſiæ, illicitis medijs vſurpentur, indebitaq; occupatione retineantur, nouerint omnes cuiuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtant, qui quacunq; arte, & quocunque alio prætextu, ſeù quæſito colore Eccleſiaſtica, & piorum locorum bona, vſurpare, retinere, in proprios vſus conuertere, vel, ne percipiantur ab ijs, ad quos de iure pertinent, impedire auſi fuerint, anathemati tamdiù ſubiacere, quamdiù bona, res, iura, fructus, reditus, iuriſdi-

Trid. ſeſſ. 22. c. 11. Bull. in Cœna Domini §. 17.

ctiones, quas occupauerint, integrè reſtituerint, & à S. Pontifice abſolutionem obtinuerint. Clericus verò huius ſacrilegi criminis reus, vlteriùs beneficijs priuetur, & inhabilis ad alia obtinenda efficiatur, & à ſuorum ordinum executione arbitrio noſtro ſuſpenſus remaneat.

2 Sine cauſis, & ſolemnitatibus à iure requiſitis, inconſulto Romano Pontifice, ſeù ſine Sedis Apoſtolicæ beneplacito legitimè obtento, debitæq; executioni demandato, omnibus ſit interdictum, & omninò fieri prohibentur alienationes bonorum, & rerum Eccleſiaſticarum, pacta omnia, per quæ ipſorum dominium transfertur, conceſſiones, hypothecæ, obligationes, permutationes, locationes vltra triennium, necnon infeudationes, alijque contractus emphyteutici, præterquam in caſibus à iure permiſſis, ac de bonis, & rebus ab antiquo in emphyteuſim concedi ſolitis, & tunc cum euidenti Eccleſiarum vtilitate, ac de fructibus, & rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ſiquidem vltra excommunicationem ipſo facto incurrendam Sanctæ Sedi reſeruatam, & nullitatem contractus alienantes ſub pęna dupli, recipientes amiſſa pretij quantitate, bona vnà cum fructibus indebitè perceptis Eccleſiæ reſtituere compellentur.

Extrauag. ambitioſa de reb. Eccleſ. non alien.

3 Terrulæ verò exigui valoris Eccleſiæ inutiles, etiam ſi præſentanea alienandi vrgeret neceſſitas, ſub eiſdem pænis alienari nequeant, niſi cauſa cognita, euidentique Eccleſiæ vtilitate comperta, dummodò valorem vigintiquinque aureorum non excedant (ex declaratione S. Congr.) auctoritate noſtra probatum fuerit.

c. terrulas 12. q. 2. C. Epiſ. 22. Maÿ 1601. apud Gauàt. in Manual. Epiſ. verb. alien. rerum Eccleſ. n. 24.

4 Alienationes autem huiuſmodi factæ in ipſius Eccleſiæ damnum, & præiudicium non ſeruata forma, prout de iure requiritur, nec longi temporis curſu, ſeù

præſcriptione conualidentur, aut in ſuo robore, & firmitate remaneant, ſed omninò poſſeſſor ad bonorum reſtitutionem, vnà cum fructibus perceptis, & in futurum percipiendis teneatur; ipſa verò præſcriptio non ſuffragetur, neq; ſuos effectus parere poſſit, ſed ſemper interrupta cenſeatur, prout quolibet anno in die Cœnæ Domini per proceſſus generales, ſeù per publicationē, & fulminationem Bullæ eiuſdem Cœnæ Domini nuncupatæ interrumpere, & auferre hactenus S. Pontifices conſueuerunt, ex conſtit. Vrban. VIII.

Paul. IV. Pius V. Clē. VIII. apud Villagut de reb. Eccleſ. non rit. alien. lib. 2. p. 2. c. 5 nu. 11. Vrb. VIII. conſt. ſuper præſeruat. iur. Eccleſ. incip. Rom. Pōtif. 5. Iulij 1641. Ead. conſt. & alia A. 1635. die 1. Iulij.

5 Beneplacitum quoque Apoſtolicum, vbi agatur de ſimili præiudicio Eccleſiæ, neq; per longiſſimi temporis lapſum, etiam triginta, vel quadraginta annorum, & ſubſecutam obſeruantiam interueniſſe præſumatur, niſi exhibeantur originalia literarum Apoſtolicarum, aut illarum tranſumpta, prout Sedes Apoſtolica per literas in ſcriptis, ſiuè ſub plumbo, ſiuè in forma breuis ſub annulo Piſcatoris ſemper expediri conſueuit, ex ead. Vrban. conſtit.

DD. apud Quarāt. in ſum. bull. in verb. alienat. rerum Eccl. num. 9.

6 Caueant contrahentes in alienationibus factis, cum clauſula reſeruato Sedis Apoſtolicæ beneplacito, ante impetratam confirmationem deuenire ad actualem poſſeſſionis traditionem ſub eiſdem pœnis in Paulina conſtitutione contentis incurrendis.

Trī. ſeſ. 25. ref. c. 11.

Add. ad Burat. d. 482. n. 17.

7 Locationes anticipatis ſolutionibus non celebrentur, & in præiudicium ſucceſſorum ita inualidæ remaneant, vt tractu temporis conualidari nequeant, niſi notoria Eccleſiæ neceſſitate vrgente à nobis permiſſum fuerit.

DD apud Barbōſ. de pote Epiſc. all. 94. n. 3. & apud Quarāt. in ſum. bull. in verb.

8 Inſuper ſucceſſor in beneficio non teneatur ſtare locationi factæ per ſuum anteceſſorem, ſi nomine Eccleſiæ, & ad eius vtilitatem celebrata non fuerit, & dummodò inchoatus non eſſet annus, vel laborerium, facta-

que

que culturæ impenſa, & præcipuè ſi fructus eſſent proximè recolligendi, quò caſu prò anno incepto teneatur ſtare colono.

alienat. rerũ Eccleſ. n. 19. verſ. amplia circa med.

9 Vt faciliùs Eccleſiaſtica bona, eiuſque reditus ab vſurpatoribus defendantur, & ſucceſſoribus conſuletur, præcipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis Eccleſiaſtica beneficia, etiam de iure patronatus poſſidentibus, cæteriſque Hoſpitalium, Confraternitatum, aliorumq; locorum piorum regimen, & adminiſtrationem habentibus vt infra duos menſes à præſentis conſtitutionis publicatione, & poſt adeptam poſſeſſionem alijs, qui in futurum beneficia obtinebunt, debeant inuentarium omnium bonorum mobilium, & immobilium cum ſuis confinijs ad eorum beneficia, Eccleſias, & loca pia pertinentium conficere, & infra illud tempus, publicum exemplar in Abbatiali Archiuio ad perpetuam rei memoriam exhibere, aliudque prò Eccleſia propria conſeruare, ſub pæna quinque aureorum à contrauenientibus ſoluenda.

10 Bona, quæ perpetuum miſſarum onus annexum habent, alienari, permutari, ſeù ſubrogari in alia ſtabilia non poſſint, niſi cum eiuſdem oneris expreſſione, ac repetitione, ſub pæna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrenda.

C. Concil. decret. de celeb. Miſſar. 21. Iunij 1625.

11 Hæres beneficiati defuncti fructus immaturos à ſolo ſeparare, ligna cedere, aliudue damnum ſucceſſori afferre non debeat, qui contra formam huius prohibitionis attentauerit, vltra damni emendationem, graues ſoluet pænas.

12 Inſuper qui eiuſdem beneficiati defuncti bona, iura, ſcripturas, libros, & quæcunque alia ad Eccleſiam, & beneficium ſpectantia ſubripere, occupare, occultare, vſurpare, ſeù ex ædibus beneficiati aſportare præ-

ſumpſerit, antequam inuentarium ab Economo à nobis deputando, ſeù à Vicario foraneo legitimè conficiatur, excommunicationem latæ ſententiæ incurrat.

13 Beneficiorum fructus naturales, & induſtriales tam pendentes, quam ineſacti, tempore obitus beneficiati, etiam ſi maturi fuerint ante eius mortem, non ad hæredes, ſed ad Eccleſiam, ſeù ſucceſſorem ſpectent.

14 Fructus verò penſionis mortuo penſionario niſi percepti fuerint, neq; eius hæredibus debeantur; ſi tamen eſſet pars collecta, & pars recolligenda remaneret, tranſmittantur ad eoſdem hæredes prò rata tantum fructuum perceptorum in vita penſionarij, ſiuè terminus ſolutionis veniſſet, ſiuè non.

15 Mortuorum voluntates, ſeù legata pia, vt debitæ executioni demandentur, infra duos menſes à die obitus teſtatoris, à Notarijs Curiæ Abbatiali denuncientur, ſub pæna trium aureorum.

16 Pro adminiſtratione fabricæ cuiuſuis Eccleſiæ, Hoſpitalis, Confraternitatis, & aliorum locorum piorum non aſſumantur, niſi viri prudentes, moribus, & facultatibus idonei, qui nobis eorum adminiſtrationis rationem reddere teneantur.

c. cũ in officijs il 2. de teſtã. c. præsẽti de off. ordin. in 6. Iul. III cõſtit. 7. Vrb. VIII. conſt. 80. §. 5. Bull. Cherub tom. 4. Burat. d. 364. nu. 2. d. 670. n. 2. d. 841. n. 1. Duran. d. 448. n. 26. & 34. DD. apud Garz. de benef. p. 2. c. 1. tom. 1. Trid. ſeſ. 7. c. 15. & ſeſ. 22. refor. c. 9.

De Oblationibus, Primitijs, & Decimis. Praticab. V.

1 AD debitas retribuendas gratias omnium bonorum à rerum conditore nobis largè collatorum, non tam diuina inſtitutione, quam humana, ac naturali ratione dictante æquiſſimum reputatur animarum curæ præpoſitis, qui adminiſtranda ſacramenta retinuioribus præſunt Eccleſijs, vetuſtiſſimo decimarum,

Tr ſeſſ 25. refor. c. 12. c. omnes de. cim. 16 q. 7. c. peruenit, c. ad hæc,

ac

ac primitiarum ſubſidio ſubueniri; quà propter inherendo S. Conc. Trid. decretis, qui decimas, ſeu primitias Eccleſijs, aut perſonis, quibus legitimè debentur iuxta conſuetudinem integrè ſoluere recuſauerint, vel diminuere, ſubtrahere, aut aliud impedimentum afferre tẽtauerit, tamdiù anathematis vinculo ſubiaceat, quamdiù plenariam reſtitutionem fecerit. *c. ex parte il 2. c. ſi aliquis, c. tua nobis de Decim. Clem. diſpendioſam 2. de iudic.*

2 Decimarum perceptio à Parochianis Parocho denuncietur, quatenus ſint prędiales ſtatim poſt factam recollectionem, & quatenus perſonales in fine anni, niſi aliter ex laudabili conſuetudine hucuſq; obſeruatum fuerit. *glo. in*

3 Propter ſterilitatem, nec prætextu, quod ſibi debeatur decimarum ſolutio retardetur, nec de futuris decimis compenſatio admittatur: de præteritis verò, & decurſis inter laicum, & Eccleſiaſticos tranſigere non denegatur. *DD. apud Rebuſ. qu. vlt. nu. 22. DD. apud Monet. c. 8. n. 61. et 62.*

4 Nemo Clericorum ratione Clericatus, ſeù ordinis immunis eſſe debeat ab hac decimarum præſtatione ex fructibus prædiorum ſecularium, quæ ſeculari iure, ſeù titulo hæreditario, aut quauis cuiuſcunq; contractus ratione poſſideat, etiam ex illis, qui percipiunt ex patrimonio, ad cuius titulum ordinati fuerunt, exceptis tamen ex beneficiorum fructibus. *c. 2. verſ. illi profecto de decim. Ric ĩ prax. for. Eccleſ. d. 605. in 1. edit. reſ. 429. in 2. edit.*

5 Quoniam non ſine animi moleſtia in noſtra Diœceſi comperimus, paſſim in præiudicium Parochialium, eorumq; Rectorum deueniri ad bonorum alienationes nulla facta mentione annexi decimarum, aut primitiarum oneris, quà de cauſa graues haſtenus irrepſerunt controuerſiæ, propterea ad obuiandum fraudibus, præſenti conſtitutione decernimus, prædia decimarum ſolutioni obnoxia in ſingularem ſucceſſorem cum ſuo onere tranſire, ac proindè non tam laicos, quam alios Ec- *Deciſ. apud Aldan. in com. Cano. reſol. lib. 3. tit. 9. n. 25.*

cle-

C. Cōcil. in Piſauren. 13. Aprilis 1630. cleſiaſticos, ſiuè regulares, ſiuè ſeculares teneri ad earum ſolutionem, quemadmodum tenebantur alij laici, prius quam bona in ipſorum, ſeù Monaſteriorum proprietatem deuenerint, non obſtante quouis priuilegio, *Burat. d. 704. nu. 2. vbi Add. nu. 13.* niſi expreſsè diſpoſitioni, cap. nuper de decimis derogatum fuerit.

6 Laudabile oblationum inſtitutum, non in alijs *Trid. ſeſſ. 22. c. 11.* Eccleſijs, ſed in parochialibus tantum retineatur, fiant inter celebrationem Miſſarum dum cantatur offertorium, & omninò ante Hoſtiæ oblationem, Sacerdos hac de cauſa non longè diſtet ab Altari, nec per Eccleſiam circumferatur, ad deoſculandum non exhibeatur patena, ſed Crux, aut aliqua alia deuota imago.

DD. apud Barboſ. de offic. Paroc. p. 3. c. 24. nu. 22. vſque ad fin. 7 Oblationes omnes, quæ etiam fieri contingunt in alijs Eccleſijs, Altaribus, Oratorijs exiſtentibus intra fines Parochialis, exceptis eleemoſynis oblatis Societatibus Sanctiſſimi Sacramenti, ac Roſarij, & ſimilium, honeſta non exiſtente alia conſuetudine hactenus obſeruata, non Cappellanis, eiuſq; Rectoribus, & Beneficiatis, ſed Parocho cedant, partim conuertendæ in proprium vſum, partim in ijs, quæ concernunt cultum diuinum, reparationem, & indigentias Eccleſiarum, Altarium, & Oratoriorum, quibus oblatæ fuerunt, & partim ad pauperum inopiam ſubleuandam; ſi verò ratione alicuius feſti principalis ad alios beneficiatos, diuerſoſq; alios pertineant, inter eoſdem, & Parochum prò rata diuidantur. Quæ verò in certum vſum ex piorum offerentium voluntate fuerint oblatæ, tunc enim idemmet Parochus fidelis adminiſtrator, & executor eſſe debeat, vt in deſtinatum finem, etiam re nobis communicata, omninò conuertantur.

8 Pactiones omnes de oblationibus diuidendis, aut de futuris locandis, ſeù quemcunque alium contractum ſu-

ſuper eiſdem ineundum omninò prohibemus, ſub pœna interdicti ab Eccleſia, alijſq; pecuniarijs arbitrio noſtro irrogandis.

9 Omninò caueant laici, oblationes, quas Chriſti fideles Eccleſijs, ſeù Altaribus offerunt, vſurpare, retinere, & in proprium vſum conuertere, ſub pœna Excommunicationis.

c. quia Sacerdotes, c. Sanctorũ, c. hanc cõſuetudinẽ 10. q. 1.

De Oratorijs. Pratic. VI.

1 NVlla in futurum erigantur Oratoria niſi aſſignetur dos ſaltem prò vnius Miſſæ celebratione in qualibet hebdomada, luminarijs, alijſq; neceſſarijs.

c. nemo de conſecrat. diſ. 1.

2 Ità debeant eſſe ſeiuncta à communi habitatione, vt liber omnibus pateat acceſſus, aliòquin diſpenſatione Apoſtolica opus fuerit, propterea antequam Oratoria noua extruantur, ab idoneis perſonis à nobis deputandis recognoſci debeat ſitus, forma, proſpectus, aditus, aliæq; conditiones, & qualitates, quæ ad eius canonicam erectionem deſiderantur.

Ex decret. Paul. V. C. Concil. 10. Martij 1615. et 22. Iun. 1617. apud Nald. in verb. Miſſ. n. 31.

3 Sint longitudinis, & latitudinis proportionatæ capacitatis ad populum recipiendum, Altare ſit decenter ornatum, in cuius medio lapis ſacer conſideat, piaque ſuperpoſita conſpiciatur imago.

Clathratis feneſtris, validiſq; cancellis peropportunè muniantur de neceſſaria ſupellectile prouideantur, alias in eiſdem ſacrum celebrandi non dabitur facultas.

C. Rit. in Cetar. An. 14. Iunij 1612. & in Neapol. 12. Maij 1602.

4 Non exerceantur in Oratorijs priuatis, ea quæ pertinent ad ſacramentorum miniſtrationem, aliaſque functiones, quæ ſoli Eccleſiæ Parochiali de iure ſunt debita, propterea in eiſdem confeſſiones non audiantur, nec alia ſacramenta miniſtrentur, non fiant Benedictio-

nes

nes Mulierum poſt partum, Candelarum, Cinerum, Palmarum, celebrationes Miſſarum feria 5. in Cœna Domini, & Sabbati Sancti, Aſperſiones Domorum, Proceſſiones, Anniuerſaria Defunctorum, ſeptimo, & trigeſimo à die obitus fieri conſueta, aliæque functiones circa cultum Sanctiſſimi Corporis Chriſti in quadraginta horarum oratione, ſub pœna interdicti eiuſdem Oratorij ipſo facto incurrenda, vltrà alias, quibus rigorosè contrauenientes afficiemus.

C. Epiſc. 14. Maij 1585.

5 In Dominicis, & alijs diebus feſtis ibidem, prout in cæteris alijs Oratorijs Confraternitatum non celebretur antea, ſiuè eodem tempore quò Miſſa communis celebratur in Parochiali, ſed poſtea, aut hora cum Parocho concordanda.

C. Con. in nullius Prouin. Rauen. 15. Septẽb. 1629. & in Caietã. 18. Septẽb. 1627. et 31. Maij 1629.

6 In Eccleſijs verò Regularium, & in Oratorijs priuatis Ruri per laicum ædificatis campanas pulſare, & Miſſam celebrare antequam celebretur in Parochiali, & matrice Eccleſia non prohibetur; dummodò nullum eidem inferatur præiudicium.

7 Sepulchra nulla in eis effodiantur, etiam prò ipſis tantum Confratribus, & ſi effoſſa reperiantur prò eiſdem tantum deſeruire debeant, ſine tamen præiudicio iurium Parochialis.

8 Oratorium, ſeù Sacellum priuatæ domus S. Pontificis indulto conceſſum, decenter extructum, & ornatum exiſtat, ac ab omnibus domeſticis actibus liberum, ne ſit in partibus interiorum ædium, ſed ſeparatum ab aula, triclinio, ac cellis, nec ita anguſtum reperiatur, vt è feneſtris Miſſa audiri debeat.

C. Con. 10. Mart. 1615. & 22. Iunij 1617.

9 Antequam beneplacitum Apoſtolicum obtineatur, & legitimè à nobis recognoſcatur, debitæque executioni demandetur in eiſdem ſacrum fieri omninò ſit interdictum; pròut nullo pacto celebretur in die Natiuita-

uitatis Domini, Epiphaniæ, Paſchatis, Pentecoſtes, Annunciationis, ac Aſſumptionis Beatæ Virginis, SS. Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum. *C. Rit. 17. Nouembr. 1607.*

10 Nemini vnquam in eiſdem Sacra Communio miniſtretur, niſi de Parochi conſenſu, aut facultate à nobis ex iuſta, & neceſſaria cauſa obtenta.

11 Obitu illius, cuius ſolum intuitu hoc priuilegium indultum fuit, celebrandi facultatem pariter expiraſſe ſciendum, propterea eius hæredes debeant adire S. Pontificem prò ſimili noua gratia obtinenda, & interim amplius in ſacello non celebretur.

De Laicorum Confraternitatibus. Practicab. VII.

1 VT Confraternitates laicorum ea pietate, & religione, quà inſtituta fuerunt fæliciter regantur, & gubernentur, hæc decernimus obſeruanda.

2 Confratres diligenter obſeruent regulas in erectione cuiuſcunque ſocietatis ſtatutas; ſingulis diebus feſtis tempore tamen, quo nullum impedimentum afferatur Eccleſiæ Parochiali, aut Doctrinæ Chriſtianæ, ad Oratoria conueniant, Officium B.M. deuotè recitent, ſeù alias ſpirituales exercitationes abſoluant; frequenter ſacramenta ſuſcipiant, & alia charitatis opera exerceant, ad proceſſiones vocati libenter accedant, vt charitatem ſectantes, & ſpiritualia emulantes altiſſimo reddant abundanter fructus ſuos.

3 In Oratorijs verò profana non habeantur colloquia, nugæ, & ſcurrilia non peragantur, arma non deferantur, & omninò conuiuia, & commeſſationes etiam ipſorum Confratrum ſumptibus fieri prohibeantur.

C.Epiſc.6. Dec.1616. 4 Nouæ Confraternitates cum vſu ſaccorum, etiam à Regularibus non inſtituantur, antequam à nobis eorum ſtatuta comprobentur, & vna tantum eiuſdem generis, ſiuè à ſecularibus, ſiuè à regularibus in ſingulis locis inſtitui poſſit. *Clē. VIII. An. 1604.*

Clē. VIII. ibid. 5 Priuilegia, & Indulgentiæ nominatim conceſſæ, communicatæ non cenſeantur niſi à nobis adhibitis etiam perſonis Eccleſiaſticis, vitæ, ac morum ingenuis recognoſcantur, & approbentur.

Con. Indulg. 15. Februarij 1608. 6 Confraternitates verò Sanctiſſimi Sacramenti erectæ, vel erigendæ participes ſint quorumcumq; priuilegiorum, conceſſionum, indulgentiarum, & gratiarum Archiconfraternitati Vrbis de Minerua conceſſarum, & concedendarum, ſtatim atque earundem erectio Apoſtolica, vel noſtra auctoritate ordinaria facta fuerit, ex decreto S. Con. Indulg. *C.Epiſ.18. Iulij 1594.*

Ead. 11. Auguſt. 1584. 7 Officiales quotannis eligantur omni humana ratione poſtpoſita ſecretis ſuffragijs coram Parocho, ſeù alio à nobis deputando, nec officiales ipſi eligant ſucceſſores, nota autem nouæ electionis nobis approbanda tranſmittatur, aliàs electio nulla remaneat.

8 Præteriti rationem eorum adminiſtrationis coram Vicario foraneo, ſeù proprio Parocho recentioribus reddant, & per ſententiam regiſtrandam in libris vbi introitus, & exitus adnotatur, abſoluantur, aut condemnentur; qui verò debitor remanſerit, infra duos menſes ſoluere, & omninò ſatisfacere teneatur, ſub pæna dupli, & inhabilitatis impoſterum ad officia, & dignitates in eadem ſocietate obtinendas.

9 In Confratrum numerum non recipiantur, qui Doctrinam Chriſtianam ignorant, facinoroſi, turpis vitæ, aut aliqua infamiæ labe notati, publici peccatores, concubinarij, immò ſi tales efficiantur poſtquã adſcripti fuerunt, arceantur.

Ami-

10 Amictus Confratri nouo non detur, niſi præſente Parocho, vel alio Sacerdote de eius licentia, qui amictum ſtatuta præce benedicat, & poſtquam benedictus fuerit, in ipſo Oratorio ſeruetur, cui pariter relinquatur, caſu quò quis recedere maluerit.

11 In proprijs Parochialibus Confratres oneribus ſatisfaciant, ſeù Anniuerſaria, & quæ ſeptimo, vel trigeſimo die fiunt officia, perſoluant, niſi habeant ius ſepulturæ, & tunc Parocho quoq; præſente, qui officium peragere, funeribus adeſſe, Miſſas ſolemnes cantare, omneſq; alias functiones facere debeat, in quibus Capellani non audeant ſe intromittere, ſub pæna interdicti, alijſque grauiſſimis pænis incurrendis. *C.Epiſ.10. April. & 20.Auguſ. 1601. C. Rit. in Neapolit. 18. Maij 1602.*

12 Nemini in eorundem Oratorijs, Eccleſijſuè ſepultura concedatur, niſi ex priuilegio, aut conſuetudine licere demonſtretur, & tunc ipſi tantum Confratres, qui per ſex menſes ante obitum adſcripti fuerint, & non alij, quamuis ibidem ſepulturam elegerint tumulari debeant.

13 In iiſdem Oratorijs Sanctiſſima Euchariſtia nè retineatur, & ſi exponenda veniret, à proprio Parocho præſtetur, & recondatur, ſub pæna interdicti Oratorij, aliiſq; arbitrio noſtro irrogandis. *C. Rit. 11. Martij.*

14 In feria 5. Cœnæ Domini abſq; noſtra facultate, ſepulchrum cum aſſeruatione Sanctiſſimi ibidem non conficiatur, nec Miſſa perindè celebretur. *Ead. 18. Maij 1602.*

15 Eleemoſynæ à Confratribus non quærantur, niſi ad noſtrũ præſcriptum, remotis peluibus, & menſis.

De Hoſpitalibus. Practic. VIII.

Trid ſeſ.7. ref. c ſi. & ſeſſ.25.ref. c. 8.

Clem.quia cõtingit de Relig. Dõ.

D. Paulus ad Hebr. c. 13.

1 QVomodò Hoſpitalitas ſit amanda, quomodò charitas ſit exercenda, ſol ille iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter, dum prò dominici gregis reparatione in ara Crucis in precium immolari non abhorruit, non tam verbis commendauit, quam exemplo demonſtrauit, quare charitas vti ſupernaturale donum, eſt virtus inquirenda, amplectenda, & plurimum exiſtimanda, nam vt inquit Apoſtolus: *Hoſpitalitatem nolite obliuiſci, etenim per illius pium exercitium, aliqui Deo ita placuerunt, vt etiam Angelos hoſpitio recipere promeruerint.*

2 Hoſpitalium Regimini præpoſiti, infirmis, & Peregrinis, omni Religione, pietate, ac pronti animi alacritate charitatis officia ſubminiſtrent.

3 Infirmi in primo ingreſſu, ſacramenti pænitentię medela curentur, ingraueſcente morbo, alijs ſacramentis reficiantur.

4 Diſtinguantur mares à fœminis, ſeparatis manſionibus, & cubiculis, quibus ab vno ad aliud non detur acceſſus.

5 Parochi, & Deputati ſæpe Aedes, domicilia, cubicula viſitent, & ſi quid correctione dignum repererint, opportunis medijs prouideant, aut nos commonefaciant.

6 Vni, & eidem perſonæ nè vltra triennium concedatur adminiſtratio, niſi aliter in fundatione reperiatur prouiſum.

7 Omnia adimpleantur, quæ iuxta mentem teſtatoris præſcripta fuerunt.

Col-

8 Collectores eleemoſynarum niſi ſint perſonę bonæ exiſtimationis, & abſq; noſtra licentia non eligantur: electi eleemoſynarum participes eſſe nequeant, ſed conſtitutam tantum mercedem conſequi valeant.

Trid.ſeſ.5. c.2.& ſeſſ. 21.c.9.

De Beneficijs Eccleſiaſticis. Practicab. IX.

1 CHriſtianæ Reipublicæ maximè intereſt beneficia Eccleſiaſtica, præcipuè curam animarum habentia Sacerdotibus conferri, qui doctrina, prudentia, moribus, vitæq; ſanctitate ſe imitabiles cunctis præbeant, quod ſicuti enixe à S. C. Trident. & Pij V. conſtitutione præcipitur, ita vt non ſolum hoc in noſtra Diœceſi conſequatur, verum etiam vt abſque auaritiæ ſuſpicione, & ſimoniæ labe conferantur, omnibus compertum facere duximus, vt publicato per nos Edicto prò habendo concurſu ad Parochialem vacantem, nullo modo procurentur, deferantur, ſeu exhibeantur literæ commendatitiæ, nullum pactum de non concurrendo in alterius vtilitatem, & fauorem contrahatur; minuſq; minis, alijſq; medijs liber alijs ad concurrendum prohibeatur acceſſus, nec huiuſmodi de cauſa quidquam ſpōdeatur, detur, aut recipiatur, ſub pæna priuationis beneficiorum, & inhabilitatis ad alia obtinenda.

Trid.ſeſ.7. c.13.& ſeſ. 24.c. ref. Pius V. cōſti.33.Bul. Cher to.2. c ſi. de pactis, c. tua nos de ſimon.c.quaſitũ de rerũ permut. Extrauag. cum deteſtabile de ſimon.

2 Nemo examini ſe ſubijciat prò alio, aut cum intentione reſignandi, ſeu aliud præmium, vtilitatem, & commodum conſequendi, minuſque huiuſmodi cauſa annuas penſiones offerre liceat, ſub pænis decretis in conſtitutione Pauli IV.

Paul. IV. conſt.incip. in cæteris 26. Decēb. 1557.Bul. Cher.conſt. 12.tom. 1.

3 Qui verò in beneficiorum collationibus, permutationibus, reſignationibus, alijſq; caſibus expreſſis in con-

Pius V. cõſt. 85. Bul. Cher. co. 2. conſtitutione Pij V. turpiſſimum beneficialis confidentiæ crimen commiſerit, pænam maioris excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo incurrat, à quà niſi à S. Pontifice præter quam in mortis articulo abſolui nequeat, ex ead. conſtit.

4 Beneficiorum onera, & vtilitates, vt à pluribus *Tri. ſeſ. 24. refor. c. 17.* æque dignis, ſimulq; indigentibus participentur, expedit vnum, vni conferre; quod ſi minus ſufficiat ad vitam honeſtè ſuſtentandam, habita ratione qualitatis perſonæ, bonorum patrimonialium quantitate, & onerum deductione, aliud ſimplex tuta conſcientia quis conſequi valeat, dummodò vterque perſonalem reſidentiam non requirant.

Trid. ſeſ. 7. c. 4. 5 Non retineantur plura beneficia, quantumuis compatibilia, præcipuè ſub eodem tecto, legitima non *Deciſ. apud Garz. de beneſ. p. 11. c. 5. n. 283. in 2. decl.* impetrata diſpenſatione, ita vt per vltimi aſſecutionem, & eiuſdem adeptam poſſeſſionem, ipſo iure primum vacare ſciendum.

Trid. ſeſſ. 25. ref. c. 5. 6 Onera iniuncta beneficijs ex erectione, fundatione, aut qualibet alia conſtitutione, in ipſorum collatione non minuantur, aut detrahantur, aliter prouiſio nulla, & inualida remaneat, ſuumq; non ſortiatur effectum.

7 Ad remouendas omnes fraudes, quæ in beneficiorum collationibus contingere poſſunt; præcipuè in iuriſpatronatus præſentationibus, quilibet prouiſus, ſeù præſentatus priuſquam admittatur, debeat in manibus noſtri Vicarij Generalis per Sancta Dei Euangelia iurare, & profiteri nihil prò beneficij conſecutione pollicitum, aut re ipſa datum, depoſitatum, mutuatum, remiſſum, ſeu condonatum, nullumq; aliud pactum de beneficij redditibus, decimis, oblationibus, primitijs initum, conuentum, ſeù ſtipulatum fuiſſe; beneficiumq; non acci-

cipe-

cipere animo illud dimittendi, & vt latius particulari forma præſcripſimus.

8 Beneficiorum permutationes non fiant cum penſione, quam habet alter ſuper alio beneficio, aut cum pacto de ſoluenda penſione, aliaue re prætio æſtimabili per recipientem beneficium pinguius, ſiuè de ſoluendo ab altero omnes expenſas ad vtramque bullam neceſſarias, debeat inſuper permutaturus cum parochiali examini ſe ſubijcere, & prò idoneo approbari. *c. quæſitum de rerum permut. DD. apud Barb. de iur. Eccleſ. lib. 3 c. 15. nu. 179. & ſeq. Tri. ſeſ. 24. ref. c. 18.*

9 Omnes, & quæcunq; reſignationes, permutationes, litis, ſeu iurium quorumcunq; ceſſiones, ac retroceſſiones de quibuſcunq; beneficijs Eccleſiaſticis, quatenus fuerint admiſſæ in Parochialibus Eccleſijs inter Miſſarum ſolemnia publicari debeant, cum ipſis literis Apoſtolicis, aut à nobis deſuper expeditis, & earum exemplar dictarum Eccleſiarum valuis affigi intra ſex menſes à data conceſſionis gratiæ per S. Pontificem, & intra tres à die prouiſionis per nos factæ, ſub pæna nullitatis prouiſionis, & ammiſſionis iuris ad ipſum beneficium, quod eo ipſo vacare cenſeatur, ex conſtit. Gregor. XIII. *Gre. XIII. conſtit. de publi. reſi. 85 Bullar. Cher. to. 2.*

10 Non prætermittant beneficiati onera præcipuè Miſſarum eorum beneficijs iniuncta adimplere, & feſtum Sancti titularis cum Officio, & Miſſa ſolemnizare, ſub pæna quinque aureorum: curent inſuper omnem diligentiam adhibere, vt Eccleſias, eiuſq; pauimenta, parietes, fornices, tecta, altaria ita ab omni ſorde expurgata conſeruentur, vt nihil correptione dignum intueatur. *C. Rit. 8. Apr. 1628.*

11 Oeconomus, ſeù Vicarius deputatus ad Parochialem vacantem, ſi habito concurſu eligatur, vt magis idoneus, ſtatim ab exercitio curæ animarum, & ab adminiſtratione bonorum ſe retrahere debeat, ſub in- *DD. apud Barboſ. de offic. Paroc. p. 1. c. 2. nu. 36.*

curſu

curſu in pænam cap. auaritiæ de elect. in 6.

Pius V. cõſti. 47. Bul. Cher. to 2. Rot. apud Barboſ. de offic. Paroc. p. 3. c. 29. nu. 18. Tri. ſeſ. 24. ref. c. 13.

12 Congrua portio Eccleſiarum Rectoribus aſſignanda non ſit maior centum, nec minor quinquaginta, deductis oneribus, ex conſtit. Pij V. in deducendis oneribus habeatur ratio Capellani, Clerici, Candelarum in feſto Purificationis B. M. V. manutentionis Sacriſtiæ, Cathedratici, Prædicatorum, Viſitationis Diœceſanæ, Ceræ, Hoſtiarum, Vini, Olei, & ſimilium neceſſariorum, & ordinariorum, ac proindè Parochiales, quæ ſummam ducatorum centum, ſecundum verum annuum valorem non excedunt, nullis penſionibus grauentur.

De iure Patronatibus. Practic. X.

Tri. ſeſ. 14. c 12. & ſeſ. 25. c. 9. ref. c. pia mentis cũ ſeq. 16. qu. 1. c. nobis de iur. patron. DD. apud Barboſ. de off. Epiſc. alleg. 70. n. 19. in fi. Rot. corã Seraph. deciſ. 499. nu 4.

1 NE deteſtabili multorum vſurpatione libera eccleſiaſticorum beneficiorum collatio in ſeruitutem redigatur, ex Tridentini præſcripto, nemo iurispatronatus titulum, ſeù ius ſibi arrogare præſumat, niſi oriatur ex fundatione, vel dotatione per authentica documenta, aut ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum ſuum ſortitis effectum legitimè docendum, ex mera tamen præſcriptione, vel quacunq; alia conſuetudine, aut ſolo priuilegio, & quaſi poſſeſſione inde ſecuta, nullum ius Patronis quæſitum cenſeatur, niſi ex cauſa onèroſa priuilegium conceſſum demonſtretur.

Glo. in c. quã cũque il 2. 16. q. 7. DD. et Rot. apud Barboſ. de off. Epiſ. alleg. 70. nu. 6. & 16.

2 Dotis conſtitutio requiſita in iuriſpatronatus erectione debeat eſſe congrua, quæ ſufficiat ad neceſſaria pro Eccleſiæ, ſeù Altaris, & miniſtrorum manutentione, & ad luminaria, proptereà Patronus quis non efficiatur ex ſolo dotis augmento, aut ex ſola Eccleſiæ, ſiuè Altaris reparatione.

No-

3 Nominatus ad beneficium de aliorum iurepatronatus, vtilitatem, & effectum ex obtenta præſentatione conſequi nequeat, niſi ſe examini ſubiecerit, & prò idoneo approbetur, quamuis aliàs examinatus, & approbatus fuerit, etiam ad aliud beneficium curatum. Si verò plures præſentati fuerint, examen inter ipſos tantum fiat, & magis idoneus approbetur.

Tri. ſeſ. 24. c. 18. & ſeſ. 14. c. 13. ref. ſeſ. 25. c. 9. refor. Deciſ. apud Garz. de benef. p. 9 c. 3. n. 19.

4 Patroni nulla cauſa, vel occaſione ſe ingerant in perceptione fructuum, prouentuum, obuentionum, quorumcunque beneficiorum de eorum iurepatronatu, ſed illos Rectori, ſeù beneficiato non obſtante quacunque conſuetudine diſtribuendos liberè dimittant.

Trid. ſeſſ. 25. reſ. c. 9.

5 Licet beneficia de iurepatronatus fundandi libera omnibus concedatur facultas, vt ſuum tamen ſortiantur effectum, noſtra auctoritas, & conſenſus interuenire debeat.

c. nobis de iurepatron.

R CON-

CONSTITVTIONVM SYNODALIVM PARS QVARTA.

De Chriſtiana viuendi ratione, ſeù de pertinentibus ad morum correctionem, vitiorum extirpationem, & virtutum conſeruationem.

De Hæreticis. Practicab. I.

1 VT catholica fides hæreſum profligatis erroribus, in puro veritatis ſplendore perfulgeat, inter alias Paſtoralis curæ ſolicitudines, in hac potiſſima, omni ſtudio, omniq; vigilantia inſiſtendum eſt, vt dira hæreſum labes, peſtiferumq; venenum, antequam ad inficiendas Dominici gregis oues diutius ſerpeat, ſalubri quò poſſumus remedio quamcitiſſimè occurratur; quapropter animarum curæ præpoſiti, quotannis in Dominica Paſſionis inter Miſſarum ſolemnia Bullam Cœnæ Domini, & alijs ſtatutis temporibus, Edicta Sanctæ Inquiſitionis euulgeant, & omnes hortentur, & moneantur ad reuelandum ſuſpectos de hæreſi.

2 Quoniam in locis Italiæ, & Inſularum adiacentium nullus hęreticus quouis prætextu domicilium contrahere, habitare, aut morari poteſt, & eoſdem receptare, opem, & fauorem ferre ſtrictè prohibeatur ex conſtit. Greg. XV. idcircò Parochi ſi in eorum Parochijs adeſſe deprehenderint hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos, ſeù eis credentes, eorumq; receptores, fautores, defenſores; ac libros hæreſes continentes, vel de Religione tractantes, legentes, aut retinentes, imprimentes, ſeù quomodolibet publicè, vel occultè defendentes; omneſq; alios ſacramentis abutentes, cibis prohibitis veſcentes, ac damnatas artes profitentes; ad nos, ſeù ad Reuer. P. Inquiſitorem quàmprimùm deferre teneantur.

Greg. XV. An. 1622. Vrb. VIII. conſtit. 62. Bul. Cher. to. 4. in §. 1. c. excõmunicamus. §. credẽtes de Haret. c. nouer. de sẽt excom. Clẽ. VIII. An. 1596.

3 Nemo audeat ad Hæreticorum regiones, re nobis non communicata, ſe conferre; aliàs contra eum tanquam de hæreſi ſuſpectum procedetur.

4 Qui obdurato corde cenſuris annexus in illis per annum inſordeſcere maluerit, tanquam reus de hæreſi ſuſpectus conſtituetur.

De Blaſphemia. Practicab. II.

1 NEfarium, & execrabile blaſphemiæ ſcelus è noſtra Diœceſi pænitùs euellere cupientes, enixè præcipimus Parochis, vt ſæpiſſimè inter Miſſarum ſolemnia huius criminis grauitatem, & pænas à ſacris canonibus, Summorumq; Pontificum conſtitutionibus ſtatutas, ſuis plebibus denuncient, & præcipuè bis in anno conſtitutionem Pij V. in quâ diſponitur.

2 Vt quicunque laicus qui Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vel glorioſam Virginẽ Mariam eius genitricem expreſsè blaſphemauerit, prò prima

Leo X. cõſt. 7. Bullar. Cher to 1. Pius V. cõſtit. circa obſeru Diuin. cult. §. Bull Cherub. in §. 10. tom. 2.

vice pænas vigintiquinque ducatorum incurrat, prò ſecunda vice duplicetur, prò tertia autem centum ducatos ſoluat, & ignominia notatus exilio multetur; plebeius verò qui non ſit ſoluendo, prò prima vice manibus poſt tergum ligatis ante fores Eccleſiæ conſtituatur per diem integrum, prò ſecunda fuſtigetur, prò tertia lingua eidem perforetur, & mittatur ad triremes. Clericus verò quicunque, qui hoc blaſphemiæ crimen commiſerit, prò prima vice fructibus vnius anni, omnium, & quorumcunq; beneficiorum ſuorum, prò ſecunda beneficijs ipſis priuetur, prò tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur; quod ſi Clericus nullum habeat beneficium, pæna pecuniaria, vel corporali prò prima vice puniatur, prò ſecunda carceribus mancipetur, prò tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blaſphemauerit prò qualitate blaſphemiæ, atq; perſonæ arbitrio noſtro puniatur.

Gregor. IX. in c ſtatuimus ꝯ maled.

3 Blaſphemans publicè ex praua conſuetudine Deum, aut Deiparam Virginem, ligatus corrigia circa collum, ſiſtetur ſeptem diebus Dominicis præ foribus Eccleſiæ, totidemq; ferijs ſextis in pane, & aqua ieiunare, & Eccleſiam per dictum tempus nullatenus ingredi debeat, ex conſtit. Greg. IX.

4 Si quis autem aliquem hæreticalem blaſphemiam proferentem audiuerit, intra duodecim dies nobis, aut Inquiſitori denunciare teneatur, ſub pænis in Edictis Inquiſitorum contentis.

De magicis artibus, incantationibus, ſuperſtitionibus, veneficijs, ſortilegijs, & Aſtrologis Iudiciarijs.
Practicab. III.

1 NE fideles prætioſo Chriſti ſanguine redempti, qui verum Chriſtianæ religionis cultum ſolo Deo reddere debent, vanis, ac falſis Demonis illuſionibus, ſuperſtitioſiſq; artibus decepti à veritatis tramite recedant, filijque iniquitatis, ac veræ fidei deſertores efficiantur, fraudolenta Demonis artificia, non tam ſunt omni ſtudio præuenienda, quam totis viribus funditus euertenda; quapropter moneant Parochi ſuas plebes, nè breuia per characteres, figuras, aut per nomina incognita conſcripta deferant, nè vanæ obſeruationes in vigilijs, feſtis diebus, ſeù aliquibus particularibus temporibus, aut quò vis alio modo exerceant, nè aliquo vulnere tabeſcentes, ſeù aduerſæ valetudinis laborantes, certis verbis, amuletis, vnctionibus, alijſq; inanibus medelis anicularum inſania deliratis curentur, aut animalium infirmitatibus adhibeantur.

2 Qui autem profiteatur, aut ſe iactet, ſeù conetur magicarum artium potentia, ligaturis, nodis, characteribus, circulis, & quouis alio modo tempeſtates excitare, elementa concutere, mentes hominum perturbare, de futuris contingentibus determinatam veritatem afferre, abſcondita, & incerta prò certis, & veris patefacere, veneficijs, maleficijs re commeſtibili, aut quà vis alia ratione alios faſcinare, ad interitum, ad amorem, ſeù ad alium finem redigere; vel faſcinatum diabolicis arti-

artibus ſanare, poculis, ſeù pharmacis, alijſque inferorum deceptionibus matrimonij finem impedire, & alia ſimilia perpatrare, non tam anathematis mucrone percutimus, ſed etiam alijs legalibus pænis ſubiacere volumus, & quibus innotuerit, nobis, aut R. P. Inquiſitori detegere teneantur.

3 Operam verò dantes Geomantiæ, Chiromantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Negromantiæ, alijſq; ſortilegijs, & ſuperſtitionibus, ſeù iudiciariam Aſtrologiam; præter quam circa agriculturam, & nauigationem exercentes, aliaſq; damnatas, vanas, fallaces, & pernicioſas diuinandi artes, aut ſcientias profitentes, docentes, ſeù addiſcentes, in grauiſſimum Reipublicæ Chriſtianę detrimentum, ac animarum perditionem, ex Sixti V. conſtitutione, innouata ab Vrbano VIII. ſeueriſſimas dabunt pænas.

Sixt. V. cõſti. 17. to. 2. fo. 388. Vrban. VIII. conſt. 113. to. 4. f. 118. Bul. Cher.

4 Nemo cuiuſcunque gradus, ſtatus, & conditionis audeat legere, aut apud ſe retinere libros de ſupradictis pernicioſiſſimis artibus tractantes, omneſq; alios in Indice Romano prohibitos, nam præter excommunicationem quò ad libros hæreſim continentes, & mortiferi criminis reatum quò ad alios, grauiſſimis alijs afficietur pænis.

De Ludi literarij Magiſtris.
Practicab. IV.

1 POtiſſimum Reipublicæ Chriſtianæ intereſt adoleſcentes in tenera, flexibiliq; ætate, non tam liberalibus artibus, quam incorruptis moribus, ac veræ Religionis virtutibus imbuere, vt valido ſuper Dei timore iacto fundamento, in literarum ſtudijs ad perfectæ ſa-

c. de quibus dam. diſ. 37 c. omnis atas 12. qu. 1.

ſapientiæ culmen fælicioribus ſe extollant incrementis, idcircò Præceptores diſcipulos in fidei rudimentis, & Chriſtianæ Religionis præceptis erudiant, ad Sacramentorum frequentationem aſſueſcant, & ſaltem ſemel in hebdomada particularem diem ad Chriſtianę Doctrinæ exercitationem eligant.

2 In vnoquoq; Gymnaſio in congruo, & decenti loco deuota imago ad pietatem apta retineatur, cui tàm in ingreſſu, quàm in diſceſſu debitus deferatur honor, & reuerentia.

3 Quotidianæ exercitationes pijs decantatis precibus inchoentur, & concludantur.

4 Libri in Indice Romano prohibiti, obſcæna, amatoria, vanaſque alias nugas continentes pueris interpetrandi non proponentur. *Cōc Later. ſub Leo X. ſeſſ. 10.*

5 Animarum Curæ præpoſiti, in Præceptorum mores inuigilent, vt opportunis medijs occurratur, ſi à recto docendæ rationis tramite diuertant.

De Vſuris, & Vſurarijs. Practic. V.

1 O Miſera fæneratorum conditio, o execrandum infamis vſuræ ſcelus, o deteſtabile lucrum ex impio fænore promanans; ardenti auaritiæ ſtimulo ita circumfertur hominum cupiditas ad turpis lucri circumuentionem, vt non tàm humanæ contemnantur leges, quàm diuina deſerantur præcepta, æternaque ſalus impiè poſtponatur; vt igitur lætiferum huiuſmodi venenum ſalutari àntitodo deſtruatur, hæc præcipua inuiolatè duximus ſeruanda.

2 Notarij nè de contractibus manifeſtè, ſeu palliatè vſu-

c. quãquã. c. quia in omnibus de vſur. in 6. vſurarijs inſtrumenta conficiant, aliòquin vltra diuinam indignationem, & pænas per ſacros canones inflictas, alias grauiſſimas arbitrio noſtro perſoluent.

3 Conuentiones, & contractus omnes abſque dolo, vi, metu, omni remota fraude, deceptione, colluſione, aut ſimulatione, ſed bona fide, ſpontaneo conſenſu, & inuiolata ſacramenti Religione firmata celebrentur.

Pius V. cõſtit. 118. Bul Cher. to. 2. f. 246. 4 Nè ſub ſpecie contractus cambi, prauæ exerceantur vſuræ, cambia ſint realia, cum reali tranſmiſſione pecuniæ, non autem ſicca, ficta, & ſimulata, aut contra formam conſtitutionis Pij V. quæ omninò ſeruari debeat.

Ead. 5 In realibus verò fieri nequeat dilatio termini præſtituti ſolutionis, lucro recepto ex tacita, vel expreſſa conuentione, ſeù etiam promiſſione tantum.

Ead. 6 Neque fiant cambialiter, quam prò primis nundinis, vbi illæ celebrantur, vbi verò non celebrantur, prò primis terminis iuxta receptum locorum vſum, reiecto prorſus abuſu illo, cambia prò ſecundis, & deinceps nundinis, ſiuè terminis exercendi, in ipſis autem terminis, habenda erit ratio longinquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus ſolutio deſtinatur, nè dum longiores præfigantur, quam loca deſtinatæ ſolutionis, fænerandi detur occaſio.

7 A principio nemo audeat certum intereſſe, ſeù fructus, in fraudem vſurarum taxare, paciſci, ſeù conuenire, etiam in caſu non ſolutionis, quò caſu, conſtito de intereſſe, eoq; probato iuris ordine ſeruato, iuſta taxatio admitti debeat, ipſum verò intereſſe conuentum, ita reddatur inefficax, & præiudiciale, vt neq; poſtea etiam demiſſa taxatione peti poſſit illud, quod aliàs honeſtè, & verè deberetur.

Fru-

8 Fructus cambi nullo modo debeantur, nec exigi poſſint; ſi de ipſius realitate non conſtet, ſeù probetur pecunias realiter fuiſſe cambiatas, ex tranſmiſſione literarum ad nundinas, quæ vocantur expeditionis, ſeù dell'andatà, alijſq; literis reditus de nundinis nuncupatis, ex quibus cambi realitas, & iuſtitia reſultat; loco verò damnorum, & intereſſe debeantur, quando ille, qui mandatum ad cambiandum ſuſcepit, non adimpleuerit, nec docuerit feciſſe debitas diligentias reperiendi perſonas, quæ pecunias ad cambium acciperent, & præcipuè ſi conſtauerit ad fuiſſe plures occaſiones cābiandi.

Rot. d 171. nu. 1. p. 7. recent. Seraph. decis. 946 nu. 1. & in Rom. pecun. 28. & 18. Iun. 1649. corã Melzio, §. non obſtat. Rot. Ianuẽ. decis. 37. num. 11.

9 Nemo in pauperum perniciem, & aliorum damnum conſpirationes faciat, vel congeſtam vndique pecuniam ita ad ſe redigat, vt monopolium pecuniæ facere iudicetur.

Ead. conſt. Pij V.

10 Caueant inſuper Mercatores, Artifices, & quicunque alij inter ſe conſpirare, conuenire, & concordare de vno certo prætio vendendo, & non minori, vel emere frumenta, aut alia victualia, vt ſoli magno prætio vendant; qui reus tam diri criminis extiterit, pœnis contra exercentes monopolia ſtatutis, rigorosè plectatur.

l. 1. C. de monopol.

11 Ex mutuo nullum lucrum, nec directè, nec indirectè recipi poſſit, iuxta illud Matt. *Mutuum dantes nihil indè ſperantes.*

12 Societates quibus vnus pecuniam, animalia, aut alias res, & bona; alter verò operam, vel induſtriam confert purè, ſincerè, bona fide, iuſtis, & æquis conditionibus, & pactis, abſq; vlla fraude, palliatione, aut vſurariæ prauitatis labe, vel ſuſpicione, ſecundum iuris diſpoſitionem, & Sixti V. conſtitutionem celebrentur; omninò remoueatur pactum, quod ipſum capitale ſemper ſaluum ſit, & integrum à conſocio recipiente reſtitui

Sixt. V. conſti. 45. Bul. Cher. to. 2. fol. 420.

S de-

debeat, etiam ſi fortuito caſu periret, aut quamlibet iacturam, damnum, ammiſſionem, ſeù diminutionem reciperet, ſed finita ſocietate ipſum capitale prout extat, reſtituatur, ſeù ſecundum alias legitimas conuentiones vnà cum fructibus, lucris, damnis, expenſis, & intereſſe in commune conferatur, & prout æquum, & iuſtum fuerit, communiter diuidatur; minuſque paciſci poſſit de certa ſumma, aut quantitate ab omni periculo, & damno immuni, in ſingulos annos, aut menſes lucri ſocialis nomine perſoluenda, ſub pænis contra manifeſtos vſurarios à ſacris canonibus, & concilijs generalibus latis ipſo facto incurrendis.

13 Cenſus creari, & conſtitui debeat ſuper re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de ſui natura fructifera, certis deſignata finibus, in pecunia numerata in ipſo actu celebrationis inſtrumenti, & non antea, recepto integro iuſtoque prætio præſentibus teſtibus, ac Notario, ex conſtit. Pij V.

Pius V. cōſti. 79 Bul. Cher. to. 2. fol. 208.

14 Anticipatæ fructuum ſolutiones in huiuſmodi contractu nullo modo in pactum deducantur, nec valeant conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad caſus fortuitos, eum, qui aliàs ex natura contractus non tenetur; nec pactum auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate liberè abſq; laudemij, ſeù alterius rei ſolutione, ſed ipſe dominus cenſus per menſem antea de venditione, eiuſq; conditionibus præmonitus, cæteris alijs præferatur.

Ead.

15 Irrita ſint, & nulla cætera alia pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, vel ad certas expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut diſponentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem aliàs

Ead.

de

de iure, & ex natura contractus non pertinerent.

16 Vlteriùs neq; cenſum augeri, & nouum creari poſſit ſuper eadem, vel alia re, in fauorem eiuſdem, aut alterius ſuppoſitæ perſonæ pro cenſibus non ſolutis, aut in futurum ſoluendis. Re verò cenſui ſuppoſita in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in parte, vel in totum effecta ad ratam cenſus ipſe pereat, & extinguatur. *Ead.*

17 Prætium cenſus ab inuito, aut ob pænam, aut ob aliam cauſam repeti non poſſit, niſi intra annum poſt denunciationem diſdictæ, ſeu retrouenditionis. *Ead.*

18 Fructus verò cenſus initi contra formam dictæ Pij V. conſtitutionis, tanquam indebitæ percepti, computentur in ſortem principalem, grauiterq; in delinquentes pro damnato fænore animaduertemus.

19 Vſurarij non admittantur ad Sacramenta, neq; ad oblationem; immò priuentur Eccleſiaſtica ſepultura, niſi re ipſa ſatisfecerint, aut pignoribus, vel fideiuſſoribus de reſtituendo cautionem præſtiterint. *c. quia in omnibus de vſur.*

De Meretricibus, & Concubinarijs. Practicab. VI.

1 NE imbecilles, ac debiles impudicarum mulierum turpi viuendi ratione ad libidinem relaxandi habenas, nimis liberè incitentur, præcipimus vt mulieres eorum copiam facientes non inhabitent propè Eccleſias, ſeù Monaſteria, tàm ſecularium, quàm regularium, neq; in vijs publicis, ſed in loco procul ab hominum frequentia remoto ſub pæna carceris, exilij, alijſq; arbitrio noſtro irrogandis.

2 Nè ad Eccleſias Monialium, etiam cauſa audien-

 di

di ſacrum, & multò minus ad colloquendum accedant, in alijs verò Eccleſijs poſt diuina celebrata officia non permaneant, impudica verba nè proferant, laſciuè non conijciant oculos, aut libidinoſa ſigna, nutuſq; emittant, ſed velato capite modeſtè ſe gerant, quæ contrafecerint, grauiter arbitrio noſtro punientur.

3 Poſt vigeſimam quartam horam pulſatam, extra domum vacare non poſſint, Natalitijs, ac Paſchalibus feſtis, Quadrageſimali, alijſq; temporibus prohibitis, Meretricium exercere, ſeù aliquem in eorum domibus introducere non debeant, ſub eiſdem pœnis.

4 Si cum Clerico in Sacris, vel cum viro coniugato rem habuerint, fuſtigationis, & exilij pęna afficiantur; quà pæna etiam ſubiaceant coniugatæ mulieres, quæ monitæ, ab habitatione cum ſoluto, aut ſolutæ cum coniugato non receſſerint.

Trid. ſeſſ. 24. reform. c. 8.

5 Concubinarij, ſiuè ſoluti, ſiuè coniugati ſi poſt trinam monitionem concubinas non eiecerint, ſequè ab earum conſuetudine non ſeiunxerint, excommunicationis vinculo tandiù detineantur, quandiù re ipſa admonitioni paruerint, vltra alias pænas pecuniarias, & corporales incurrendas, quibus etiam ſubiaceant mulieres, ſiuè coniugatæ, ſiuè ſolutæ, quæ cum adulteris, ſeù concubinarijs publicè vitam ducunt, ſi ter monitæ non paruerint.

CON-

CONSTITVTIONVM SYNODALIVM.

PARS QVINTA.

De Regulari viuendi diſciplina, ſeù de pertinentibus ad Moniales.

PRopenſius tandem noſtra Paſtoralis ſolicitudinis cura dirigatur ad ſacras Virgines, quæ contemptis ſæculi illecebris virginitatem Altiſſimo vouerunt, vt opportunis medijs omnia tollantur impedimenta, quæ ſanctum ipſarum propoſitum à ſpiritualium rerum cogitatione auertere poſſint, nè igitur quidquam in eis reperiatur incongruum, quòd virginali candori maculam afferat, & ab antiquæ, ſanctæq; diſciplinæ norma remoueat, has conſtitutiones, inuiolabiliter obſeruandas proponimus, mandantes inſuper, vt ſingulis menſibus ſimul congregatis, vnum caput in vulgari idiomate tranſlatum legatur.

De Eccleſijs Monialium.
Practicab. I.

1 SAnctimonialium Eccleſiæ quàm decenter exornatæ intueantur, non tamen liceat Monialibus quidquam commodato accipere, prò eiſdem ornandis, ſed proprio ſint ornatu contentæ, quem nec alijs commodent. *C.Regul.2. Iul. 1589.*

Ser-

Tri.ſeſ.25. c.10.de regul.

2 Seruetur Sanctiſſimum Chriſti Corpus in Eccleſia exteriori omnibus adorandum, non autem intra Chorum, vel ſepta Monaſterij.

3 Feneſtella per quam venerabile hoc Sacramentum Monialibus diſpenſari debet, aptiori loco propè Altare maius conſtituatur, alta ſit dimidiato palmo, lata verò integro, binis oſtiolis, totidemque ſeris, & clauibus, tàm à parte exteriori, quàm interiori occludatur.

C.Regul.2. Iul. 1589. Clē. VIII. apud Gauāt. in addit.ad Manual. in ver. Monial. commun. leg. nu. 7.

4 Nulla Monialis, vel alia perſona ſecularis præter deputatos capellanos, communibus Monaſterij impenſis, audeat priuatos retinere, & priuatas Miſſas celebrare facere, licet proprijs expenſis, abſq; noſtrâ licentia ex legitima tantum cauſa concedenda, ex conſtit. Clement. VIII.

C.Epiſ.29. Nou.1605.

5 Sedes confeſſionalis, perpolitis, benèq; compactis tabulis elaborata, in Eccleſia tantum exteriori exiſtat, vbi ſolum, & non in Sacriſtia, alijſq; locis occultis audiantur confeſſiones.

Ead.1592.

6 Ad feneſtellam confeſſionis affixæ ſint duæ laminæ ferreæ minutis foraminibus perforatæ, cum ſua tela linea, vndiq; benè fixa, vt in actu confeſſionis ſolum audiantur, non tamen Moniales aſpiciantur, opportunuſq; præbeatur aditus liberè detegendi peccata, nè nimio rubore, aut importuna verecundia detectæ incidant in laqueum perditionis.

C.Epiſc.in Vallisoletana 12. Ian.1604.

7 Clauis cuſtodiæ Sanctiſſimi Sacramenti non retineatur à Monialibus, ſed à Sacerdote, ſeu Confeſſario, ad quem ſpectet huius Sacramenti miniſtratio.

Ead.in Fauentina 7. Martij 1617.

8 Sanctorum Reliquiæ nec in Monaſterio Monialium, ſed etiam in exteriori Eccleſia in loco decenter ornato retineantur.

De Confeſſario Monialium ordinario. Practicab. II.

1 Confeſſarius ſiuè ordinarius, ſiuè extraordinarius Monialibus deputandus, quantumuis Regularis quomodocunque exemptus, nullatenus huiuſmodi munere fungatur, niſi prius prò idoneo approbetur, licet ad laicorum confeſſiones audiendas approbatus ſit, ſed noua nihilominus approbatione indigeat. *Greg. XV. conſtit. 18. Bul. Cher. to. 3. f. 296. §. 5. Ex declarat. eiuſd. Greg.*

2 Vltrà triennium Confeſſarius ordinarius in huiuſmodi officio perſeuerare nequeat, etſi vltrà triennium eius facultas prorogetur, denuò examinari, & approbari teneatur, & interim ſanctimonialium confeſſiones audire nequeat. *S. Congr. Epiſc. 15. Febr. 1593. & 4. Iulij 1594. C. Concil. An. 1623.*

3 Approbatus ad audiendas confeſſiones vnius Monaſterij, non cenſeatur approbatus ad audiendas confeſſiones alterius Monaſterij. *poſt dictam cōſt. Greg. XV. ad 6. Ead.*

4 Vltrà certam annuam eleemoſynam, ſeù prouiſionem ære communi Monaſterij confeſſario perſoluendam, iuxta morem, & qualitatem regionis, nè quidquam aliquid aliud communiter, vel priuatim tribuatur, ſub pæna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, vltrà alias arbitrio noſtro irrogandas. *C. Epiſc. 29. Nou. 1605. & 2. Iulij 1589. d. 11. & 12. Auguſt. 1615.*

5 Viciſſitudo munerum, quamuis exigui valoris inter Confeſſarium, & Moniales, ſit omninò interdicta ſub pæna arbitraria quò ad Moniales, & perpetuæ ſuſpenſionis ab audiendis, tam illarum, quam quorumuis aliorum confeſſionibus ipſo facto incurrendæ quò ad Confeſſarium. *Ead. 2. Iul. 1589. d. 18.*

6 Ad Confeſſarij Monialium officium, non aſſumantur habentes curam animarum. *C. Epiſc. in Parmē. 10. Apr. 1615.*

Mo-

S. C. apud Aldan. in comp. canō. Reſol. lib. 1. tit. 25. nu. 13. 7 Monialium clauſuram ingrediens Confeſſarius, Sanctiſſima Sacramenta adminiſtrandi cauſa, recto tramite pergat, redeatque, nec ſe conferat ad aliam Monaſterij partem, etiam occaſione viſitandi alias infirmas, ſi eadem Sacramentorum miniſtratione non indigeant.

C. Epiſ. 13. Sept. 1583. 8 Toto tempore, quò Confeſſarius moratur in audienda Monialis infirmæ confeſſione, non claudatur cellæ ianua, ſed in ingreſſu ambæ Comitrices aſſiſtant, ita vt confeſſarius, & infirma commodè aſpiciantur.

9 Non ingrediatur Monialium ſepta prætextu comitandi Operarios, Medicos, Chirurgos, & ſimiles, ſed ſolum pro miniſtrandis Sacramentis Pænitentiæ, Eucha-*C. Epiſ. 13. Sept. 1583.* riſtiæ, & Extremæ Vnctionis, & tunc ſemper ſuperpelliceo, & ſtola indutus, aſſociatus à duobus ex ſenioribus deputatis; poſt quam verò extremam vnctionem miniſtrauerit, animamq; Altiſſimo commendationem abſoluerit, nè diutius ibidem permaneat, ſed aliarum Monialium curæ ſit, opportuna ad benè moriendum charitatis auxilia infirmæ præſtandi.

C. Epiſc. 4. Sept. 1596. & 13. Sept. 1583. 10 Prò quacunque infirmitate Confeſſarius non introducatur, ſed talis eſſe debeat, vt infirma ad conſuetum locum ſe conferre nequeat; Vlteriùs neq; occaſione aſpergendi ædes Sabbato maioris hebdomadæ, aut prætextu ſepeliendi moniales defunctas, ſeù officium funerale peragendi, minuſq; proceſſiones inſtituendi cauſa ingredi poſſit.

Ead. in Nolana 21. Febr. 1617. 11 Caueat inſuper Confeſſarius exceptis caſibus, qui Sacramentorum miniſtrationem, & diuinorum officiorum celebrationem reſpiciunt, Monialibus alloqui, minuſque in negocijs publicis, aut priuatis, tàm Monaſterij, quàm cuiuſcunq; alterius Monialis ſe ingerere, ſub pæna priuationis officij.

Et ad remouendam omnem familiaritatem, colloquium,

quium, correſpondentiam, & affectum, non ſtudeat Moniales cognoſcere, Pęnitentibus nomen non perquirat, nec perquiſitum manifeſtetur.

De Confeſſario extraordinario. Practicab. III.

1 VT opportuna confitendi crimina præbeatur libertas, inherendo S. Conc. Trid. decretis, bis, vel ter in anno Monaſteriorum Præfecta teneatur nos, vel noſtrum Vicarium Generalem requirere prò Confeſſarij extraordinarij deputatiohe, etiam inuitis recuſantibus, & ęgrè ferentibus Monialibus, coram quò omnes accedere teneantur, ſaltem ad ſuſcipiendam benedictionem, ſi minus confitendi peccata nulla neceſſitate premantur; liberum enim ſit omnibus eidem ſua peccata confiteri, vel non confiteri. *Tri ſeſ. 25. de Regul. & Monial. c. 10.* *C. Regul. 21. Iul. 1589. Decret. 35.*

2 Qui autem auſu irrationabili Confeſſarij extraordinarij deputationem, eiuſq; miſſionem, & acceſſum impedire, perturbare, aut diſſuadere tentauerit, nouerit ſe, non minus pæna temporali, quàm ſpirituali gladio feriendum, & maiori ſeueritate in Confeſſarium ordinarium animaduertemus.

3 Tempore quò extraordinarius confeſſor fungitur officio ſuo, ſe abſtineat ordinarius ad confeſſiones audiendas accedere.

4 Non deputetur Confeſſarius extraordinarius prò Moniali in particulari, ſed in communi. *C. Epiſ. 15. Feb. 1593.*

5 Semel, & prò vna vice tantum deputatus, & approbatus ad extraordinariæ pænitentiæ ſacramentum ſanctimonialibus miniſtrandum, nequeat pluries in vim approbationis huiuſmodi illarum confeſſiones audire, *Greg. XV. conſtit. 18. Bul. Cher. Ad 11. to. 3. fo. 297.*

dire, ſed toties approbari debeat, quoties deputari contingat.

6 Præter ea, quæ concernunt animæ ſalutem, & pænitentiæ ſacramentum, nulla alia negotia temporalia cum Monialibus à Confeſſario extraordinario peragantur, nec de nomine, cognomine, patria, ætate interrogentur.

De Regulari Monialium obſeruantia. Practicab. IV.

1 VT verè Moniales mundana reliquiſſe, & in ea vocatione, in quà vocatæ fuerunt, permanere iudicentur, inuiolabiliter obſeruare debeant Regulam, ſeu ſtatuta, ad cuius præſcriptum profeſſæ fuerunt, & præcipuè vota ſolemnia, Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, & ſi quæ alia emittantur, ſecundum peculiare particularis Religionis ſtatutum.

Tri ſeſ. 25. de Reg c. 1.

2 Nullo legitimo impedimento detectæ, ſtatutis horis ad diuina perſoluenda officia Chorum frequentent, totamq; mentem, & ſpiritum in Deum eleuantes piè, deuotè, compoſitè, clarè, & diſtinctè alternatim pſallant, riſus, vana colloquia, & omnia alia à Regulari obſeruantia, incongrua omninò remoueant.

Clem. 1. de celeb. Miſſ.

3 Præter dies feſtos ſolemnes, ſaltem ſingulis menſibus peccata confiteri, & ſacram Euchariſtiam ſumere debent.

Clem. ne in agro, §. ſane de ſtat. Monac.

4 Literas familiares inconſultis ſuperioribus non ſcribant, nec tranſmittant, aut tranſmiſſas recipiant, niſi antea ab eiſdem viſæ, aut perlectæ fuerint.

C. Regul. 2. Iul. 1589. d 10. Clē. VIII apud Moſcon. de maieſt milit. Eccleſ. l. 1. p. 4.

5 Quodcunque negotium, lites, cauſæ, aliudq; particulare intereſſe, non pertractetur cum alijs Aduocatis,

catis, Procuratoribus, Solicitatoribus, Exactoribus, alijſq; negotiorum geſtoribus, quam cum ſolitis pro communibus negotijs Monaſterij patrocinandis, & defendendis deputatis, re cum Monaſterij Præfecta communicata, eiuſq; licentia interueniente. *C. Reg. 1. Iul. 1589. d. 28.*

6 Comitrices ſpecialiter deputatæ ad aſſociandos Confeſſarios, Medicos, Chirurgos, Operarios, alioſq; qui ex neceſſitate intra Clauſtra admitti debent, toties, quoties ſe præbuerit occaſio, vbi ingreſſi fuerint, ſemper comitentur. *Ead. d. 34.*

7 Sit præcipua Præfectæ cura tanquam communis omnium Mater, ſeù vt diligens Paterfamilias, ter ſingulis annis, vnà cum diſcretis diligenter perquirere ſingularum monialium res, cellas, ſupellectilem, & ſi aliquid proprij poſſidere compererint, aliudq; Regularium ſtatui, ſeù Religionis inſtitutis diſſonum, contumaces, & culpabiles biennio voce actiua, & paſſiua priuentur, ex Trid. præſcripto. *Tri ſeſ. 25. de Reg. c. 2.*

8 Inter Moniales omnia diſſidia, & diſcordiarum cauſæ è medio tollantur, & incorrupta pax, veraq; concordia, quam prò inextimabili hæreditate Chriſtus Deus noſter nobis reliquit, inuiolabiliter ſeruetur.

De Religioſa Communis vitæ Ratione. Practic. V.

1 COmmunis viuendi ratio, quà vti tuta Deo ſeruiendi via ad omne perfectionis culmen aſcenditur, vt à ſanctimonialibus ea obſeruantia, quà inſtituta fuit retineatur; nulla ingreſſura Monaſterium recipiatur, niſi promiſerit communis vitæ inſtitutum ſeruare, & iuxta illud perpetuò viuere, propterea non liceat

Tri. ſeſ. 25. c 2. de Reg. C. Regu'. 2. Iul. 1589. d. 45. c. 2. c. cum ad Monaſt. r. de ſtat. Monach. c. non dicatis 12. qu. 1. C. Epiſc in Parmen. 16. Ianua. 1596.

Monialibus bona mobilia, immobilia cuiuſcunq; qualitatis, & quantitatis fuerint, quouis modo, cauſa, & occaſione acquiſita tanquam propria, aut etiam nomine conuentus, ſed tantum in communi retinere, & poſſidere, & ſi quid legatum, relictum, datum, donatumuè fuerit, vel earum labore, ſeù induſtria partum, & acquiſitum, ſuperioribus tradatur, & monaſterio incorporetur, ſub pæna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ per biennium, alijſq; iuxta earum regulæ, & ordinis conſtitutiones ex Trid. decreto, ſi quis autem, vel ſi qua intra, vel extra Monaſterium talem pium viuendi vſum, dicto, vel facto, nutu, vel ſigno exturbare, reprehendere, aut quouis modo impedire maligno ſpiritu inſtigante præſumpſerit, vltra maledictionem æternam, excommunicationis gladio feriatur, ex decret. Cong. Regul. Abbatiſſa verò prò ſua prudentia ex illis ipſis bonis Monialis, cuius cauſa quæſita fuerunt, neceſſitati primum conſulere debeat, reliquum in vſum Monaſterij conferendo.

Deciſ. apud Barboſ in col. DD. in Trid. dic. c. 2. n. 11.

Rot. deciſ. 216. n. 12. p. 2. in nouiſ. DD. apud Barboſ. in col. in Con. ſeſſ 25. c 2. de Regul. nu. 13.

2 Permittitur inſuper Monialibus, vbi viget conſuetudo, niſi obſtet Monaſterij inſtitutum habere de licentia Superioris quoſdam redditus vitalitios, ex quibus ſuis particularibus neceſſitatibus, nempè prò victu, veſtitu, ac alijs, quæ à Monaſterio non ſubminiſtrantur conſulere poſſint, habito tamen reſpectu, & diſcreta animaduerſione ad meram tantum neceſſitatem, & non ad lautionem, commodiorem, & ſuperfluam viuendi rationem.

Clē. VIII. apud Moſcō de Maieſt. Milit. Eccl. lib. 1. p. 4.

3 Nulla Monialis aliquid de bonis ſuis diſpenſare valeat, & ſi quæ diſpenſationes fiant, nullæ, & inualidæ remaneant, perindè ac ſi factæ non fuiſſent, & Monaſterijs applicentur.

4 Nequeant vlteriùs Moniales poſt emiſſam profeſſio-

feſſionem teſtamenta condere, ſed omnem teſtandi, & diſponendi facultatem, etiam de rebus ad vſum aſſignatis ſibi interdictam eſſe ſciant, ſub pænis, & cenſuris à ſacris Canonibus, Regulis, ac Ordinum, & Monaſteriorum conſtitutionibus, alijſq; ordinationibus contra proprietarios æditis, & promulgatis incurrendis.

C. Reg. 2. Iul. 1589. d. 16.

5 Nec habeant facultatem diſponendi de cellis ſuis poſt obitum, ſed eæ quoties vacauerint, ſuperiorum arbitrio, alijs Monialibus magis indigentibus, aut in ordine ſenioribus diſtribuantur.

C. Epiſc. in Auerſ. 26. Ian. 1604. & in Modē. 10. Apr. 1615. apud Ald ī com. canō reſol. li. 1 tit. 10. nu. 4. & 5.

6 Non audeant Moniales accipere aliquid de communi ſine licentia, ſine qua neq; officiales de bonis communibus aliquid expedire poſſint, ex decret. Clem. VIII. quinimmò omninò eiſdem ſit interdictum, dona, munera, pecuniam, aliudq; cuiuſcunq; generis, ſiuè ex bonis Monaſterij, ſiuè alijs in vſum proprium aſſignatis tribuere, donare, diſpenſare, aut elargiri, etiam intuitu Charitatis, Pietatis, aut Eleemoſynæ nomine, niſi ex aliqua iuſta, & rationabili cauſa, & de licentia Præfectæ.

Clē. VIII. apud Moſcō. de maieſt. milit. Eccleſ. l. 1. p. 4. C. Epiſc. 2. Iul. 1589. d. 12. & 13.

7 Neque etiam bellaria, edulia, eſculenta, ientacula, ofellas, confectiones, ſyrupata, & alia ſimilia conficiant, vt vendant, donent, & largiantur, niſi de licentia Abbatiſſæ, & de rebus modicæ impenſæ, & in conſanguineos tantum.

Clē. VIII. conſtit. 28. Bul. Cher. to. 3. fo. 30. Ead. d. 14.

8 Propinarum, ſeù munerum largitionem Monialibus faciendam tam in ingreſſu, ſeù in habitu regulari ſuſcipiendo, quàm in profeſſione emittenda, veloq; ſuſcipiendo, tanquam abuſum omninò abrogamus, & prohibemus ſub pænis etiam cenſurarum contrauenientes plectendis, ſed quidquid ſponte à cognatis, vel affinibus donetur, vel afferatur, in commune referatur, nec lauta, aut luculenta conuiuia fiant, ſed ſobria tantum

C. Reg. 2. Iul. 1589. d 6. & in Luſitan. 6. Iun. 1615. ad 2. apud Sel in ſelect. canon. c. 16. n. 24.

per-

C. Epiſc. in Vlixbonen. 5. Nouemb. 1616. apud Barboſ. in Concil. ſeſſ. 24. c. 2. de Regul. n. 8.

permittantur. Eleemoſynæ verò, quæ per pactum, conſuetudinem, aut ſolitum Sacriſtijs, vel Infirmarijs occaſione ingreſſus, vel monialis profeſſionis dari conſueuerunt, iuxta laudabiles conſuetudines hactenus obſeruatas ſoluantur.

9 Pecunia communis recondatur in arca, duplici Claue munita, quarum vna à Præfecta, altera à maiori diſcreta retineatur, ſine quarum, & ſcribæ præſentia non deponatur, nec extrahatur.

10 Rationes dati, & accepti ſingulis tribus menſibus ſummariè à Præfecta Capitulo referantur, quotannis verò ſtrictiùs, & exactè nobis, ſeù Curatoribus deputatis.

Deciſ. apud Gauant. in verb. Monial. offic. n. 36. et 37.

11 Grauiora negotia à Præfecta cum diſcretis conſulantur, in grauiſſimis verò conuocetur capitulum, in quò ius ſuffragij non habeant, niſi quæ triennio moratæ fuerint poſt profeſſionem.

Paul. II. extrauag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.

12 Monaſterij bona locare, permutare, & quò vis alio titulo alienari non poſſint, ſine noſtra, ac alterius ex Curatoribus ſcientia, & conſenſu, ac obtento (vbi opus fuerit) Sedis Apoſtolicę beneplacito, iuxta formam Paulinæ conſtitutionis.

13 In Refectorio communi refectionem tantum ſumant, ſilentium ſeruent, & attentè moralem lectionem audiant: & in communi pariter loco laborerium exerceant.

14 Singulæ ſeparatim dormiant in propria cella, ſeù in communi dormitorio inter vnum, & aliud cubile tela interpoſita; omninò remotis ſericis conopeis, ac ornatis culcitris.

C. Regul. 2. Iul. 1589. d. 17. vſq; ad 22.

15 Infirmaria communis vbi recipi debeant Moniales, tàm Profeſſæ, quàm Conuerſæ, & Nouitiæ ægrotæ vbi non eſt, quam primum extruatur; extra quam

Medi-

Medicus eas viſitare ſub pœna excommunicationis, & Confeſſarius audire confeſſiones ſub pœna ſuſpenſionis nequeant.

16 Eligantur verò Moniales, totidemq; Conuerſæ auxiliares, quarum præcipua cura ſit, ſumma diligentia, ſedulitate, ac charitate infirmis Monialibus præeſſe, earumq; indigentijs ſtudiosè, pièq; conſulere, & neceſſaria miniſtrare. *Ead. d. 20. & 21.*

17 A Monialibus præſtationes omnes ipſis aſſignatæ (vbi viget conſuetudo retinendi) ſuperioribus fideliter notificentur, conſignentur, in certo libro notentur, & per communes officiales Monaſterij exigantur, vt prò ſingularibus neceſſitatibus de mandato Abbatiſſæ, ſeù alterius ſuperioris erogari poſſint. *S. C. apud Quarãt. in ſum. Bul. V. Monaſ. Mon. §. ſequũtur declarat. fol. 357.*

De Clauſura Monialium quoad ingreſſum, & acceſſum. Practicab. VI.

1 QVanti refert Sanctimonialium decori, & honeſtati perpetua clauſura verè oculos claudere periculoſis ſeculi ſpectaculis, vt in puritate, & caſtitate ſe extollentes, æterni ſponſi gloriam intueri valeant, quod vt fæliciter conſequatur, ſtrictè præcipimus omnibus Superioribus, Abbatiſſis, Prioriſſis, Præfectis, cæteriſque Monialibus, vt conſtitutiones, diſpoſitiones, ac decreta de ſanctimonialium clauſura ſeruanda, conſeruanda, ac reſtituenda hactenus à S. Pontificibus promulgata, & à S. Concilio Tridentino præſcripta inuiolabiliter obſeruentur, omni ſublata facultate interpretandi, gloſandi, & declarandi, niſi ab ipſamet Sede Apoſtolica.

2 Nulla Monialis temerario auſu, diaboli quoquè ſpiri-

Tri. ſeſ. 25. de Reg. c. 5. Boniſat. VIII. conſtit. pericu-loſa de ſtatu Monac. in 6. Pius V. cõſtit. 8. fol. 138. & cõſtit. 20. fol. 150. Gre. XIII. cõſt. 28. fol. 296. to. 2. Paul V cõſtit. 74. fol. 226. to. 3. Greg XV. conſtit. 18. §. 2. tom 3. f. 296. Bul. Cherub.

ſpiritu ducta, clauſuram violare præſumat, nec intra Monaſterij ſepta audeat introducere, & retinere perſonas vtriuſque ſexus, cuiuſcunq; qualitatis, nominis, dignitatis, gradus, conditionis, & præeminentiæ quàvis de cauſa, & quarumcunq; licentiarum, & priuilegiorum prætextu, neminique propria auctoritate ingredi liceat, ſine noſtra in ſcriptis obtenta licentia in caſibus neceſſitatis tantum concedenda, ſub obteſtatione Diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, ac pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, ſolo S. Pontifici reſeruatæ, alijſq; pænis arbitrio noſtro rigoroſiſſimè infligendis, & rurſus quoad Moniales carceris, priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, dignitatum, adminiſtrationum, ac officiorum, & inhabilitatis illa in futurum obtinendi.

Pius V cõſtit. incip. decori. 8. Bul. Cher. to. 2. f. 139. Bon. VIII. d. c pericu-loſa de ſtat. Monach. in 6. Trid ſeſ. 25. c. 5. de Regul.

3 Moniales vlterius nequeant à Monaſterijs exire etiam infirmitatis, ſeù aliorum Monaſteriorum licet eiuſdem Ordinis, Regulæ, & Inſtituti, aut Domorum parentum, aliorumuè conſanguineorum viſitandorum, aliaue occaſione, & prætextu, niſi ex cauſa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ, neceſſaria prius obtenta licentia, ad neceſſarium tempus tantum, prout cauſarum ſupradictarum neceſſitas perdurauerit concedenda, ſub eiſdem pænis ex conſtit. Pij V.

C. Reg. 2. Iul. 1589. d. 30.

4 Ad conficiendum panem, vel cernendam farinam, nemo in Monaſterias introducatur, nec ab ingreſſis, alijs de cauſis neceſſarijs, & vrgentibus huiuſmodi opera præſtetur.

Ead. d. 29.

5 Vectores qui vinum, aut alia neceſſaria prò vſu Monaſterij, aut prò infirmis conuehunt, monaſterium ingredi niſi interdiù permittatur.

S. C. apud Sel. in ſelect. Canõ.

6 Cauſa aqua benedicta conſpergendi cellas Monialium in die Sabbati Sancti, aut quolibet alio tempore

nemo

nemo introducatur, ſed ipſa benedictio fiat in Eccleſia exteriori tantum.

c.12.n.25. in Nieracē. 17 Ian. 1627.

7 Mulieres ſeculares vigore ſpecialis indulti, & licentiæ à S. Pontifice obtentæ Monaſteria Monialium ingrediendi, niſi ſeruata forma in eadem expreſſa, & de conſenſu earundem Monialium capitulariter, & per ſecreta ſuffragia præſtando ingredi nequeant, & licentiæ huiuſmodi mulieribus, quibus conceſſæ fuerunt, nullatenus ſuffragentur, ex conſtit. Vrbani VIII.

Vrb. VIII. conſtit. 19. to 4. f. 49.

8 Omnibus autem, & ſingulis perſonis cuiuſcunq; gradus, ſtatus, & conditionis ſit prohibitum, & interdictum accedere ad Monaſteria Monialium, & cum eiſdem colloquium, ac ſermones habere, abſq; noſtra licentia, vel Vicarij Noſtri Generalis in ſcriptis obtinenda, ſub pæna excommunicationis, & quinque aureorum locis pijs applicandorum, exceptis Patre, Matre, Patruo, Auunculo, Auia, Amita, Matertera, Fratribus, ac Sororibus, temporibus tamen non prohibitis.

S.C.Regul. 15. Ianuar. et 15. Martij 1616.

9 Prohibetur inſuper acceſſus ad Moniales prætextu docendi ſonum cymbalorum, ſeù alterius inſtrumenti, aut muſicum cantum ad crates.

10 Regulares accedentes ad Monaſteria Monialium, etiam ipſis ſubiectarum, ibiq; cum Monialibus in collocutorijs colloquium habentes, aut negotia pertractantes non ſeruatis conditionibus ad præſcriptam formam S. Congregationis, ſciant ſe plectendos pænis in decreto eiuſdem S. Congregationis contentis.

S.C. iuſſu Sixti V. 1590. & 1624 apud Sel. in ſelect. canon. c. 18. n. 50. C. Reg. 12. Calen. Nouēb. 1623.

11 Obtinentes licentias ingrediendi Monaſteria ex cauſa neceſſaria, ſi ingrediantur prò libito, & abſq; dicta cauſa, nouerint ſe adhuc incurſuros ipſo facto excommunicationem Papæ reſeruatam.

12 Monialis nulla energumena intra Monaſterij ſepta à quocunq; Presbytero, ſiuè ſeculari, ſiuè Regu-

Deriſ. apud Barboſ. in

Concil. ſeſſ. 25. c. 5. de Regul. lari etiam Confeſſario exorcizetur; ſed contingente caſu, ſeruandus erit modus, & forma à S. Regularium Congregatione præſcribenda.

C. Epiſ. 27. Oct. 1592. Gre. XIII. An. 1573. 13 Conuerſæ, & multò minus Moniales, exire nequeant ad ornandum Altare in Eccleſia exteriori, nec egredi ianuam Monaſterij ad claudendam ianuam, quæ patet exterius.

De modo Clauſuram inuiolatè ſeruandi. Practicab. VII.

1 IN Monaſterij ſepta, nonniſi per vnam, aut duas ſaltem portas pateat aditus, quorum vna prò faciliori iumentorum exoneratione, altera prò alijs Monaſterij vſibus deſeruiat, peropportunis Valuis ex validis, firmiſſimiſque tabulis benè compaginatis, abſq; vlla rimula muniantur, ac duabus diuerſi operis occludantur clauibus, retinendis vna à Præfecta, altera à Vicaria, ſeù antiquiori profeſſa.

Non aperiantur prò colloquijs, aut ad introducenda ea, quæ per Rotas introduci poſſunt, ſed tantum ex cauſa neceſſaria, ſemper Ianitricibus aſſiſtentibus.

C. Reg. 2. Iul. 1589. 2 Veſtibulum ad ianuam Monaſterij ſit binis foribus munitum, in quod Moniales nunquam ingrediantur, dum fores exteriores aperiuntur, & apertæ maneant, nè inde vnquam ſpectare, aut ſpectari poſſint.

C. Epiſ. in Fauentin. 7. Martij 1617. 3 Collocutoria communia retineantur in loco claro, & aperto, vt Moniales alloquentes ab alijs commodè conſpiciantur.

C. Regul. 2. Iul. 1589. d. 9. 4 Collocutorium interius ſit ſerius occluſus, vbi nulla Monialis accedat niſi vocata, prius obtenta venia à ſuperiora, ac auſcultatricibus huic muneri deſignatis aſſiſtentibus.

Ex-

5 Exteriora verò collocutoria fores nè habeant, quæ occludi poſſint, ſed ſemper pateant, prout patere debent etiam interiora, dum adſint qui loquuntur. *Ead. d.32. et in Fauet. tin. 7. Maij 1617.*

6 Non aperiantur collocutoria, niſi poſt ortum Solis, & claudantur poſt eius occaſum, inſuper tempore Aduentus, Quadrageſimæ diebus feſtiuis, omnibus ſextis ferijs, dum diuina celebrantur officia, & tempore refectionis.

7 In feneſtris collocutorijs ponantur binæ crates ferreæ, vna ab interiori, altera ab exteriori partibus ad inuicem diſtantes ſpatio duorum palmorum, vel totius parietis craſſitudinis, ita ſpiſſæ, & ſtrictæ, vt nec puellæ manus per foramina tranſmitti poſſit. *C. Reg. 2. iul. 1589.*

8 Omnes feneſtræ, vel foramina, quæ fuerint in Clauſtrorum parietibus, è quibus moniales foras ſpectari poſſunt, omninò occludantur, ſed tantum feneſtræ neceſſariæ ad lumen recipiendum permittantur; dummodò tales ſint, vt nullo modo Moniales proſpici, aut proſpicere queant. *Ead. d. 23.*

9 Propè Monaſteria non fiant tabernæ, ſuſpectæ Mulieres non inhabitent, arbores præeminentes non enutriantur, ſed incidantur, ædificia proxima non ita altius attollantur, vt intrinſecus Clauſuram proſpiciatur, ſed liberè Moniales per clauſuram deambulare valeant. *Ead. 13. Aug. 1585.*

De admittendis Monialibus ad habitum Religionis. Practicab. VIII.

1 QVæcunque Puella niſi Sacroſancto Confirmationis Sacramento munita fuerit, & duodecimum ætatis annum expleuerit, ad habi- *Tri. ſeſ. 25. c. 17. & Reg.*

tum Religionis non admittatur, antequam in capitulo Monialium proponatur, ſupplicem ſui deſiderij libellum nobis porrigere debeat, vt à Noſtro Vicario Generali, ſeù alio deputando, diligens fieri poſſit inquiſitio de eius libera voluntate, & an concurrant aliæ conditiones iuxta Monaſterij inſtitutum requiſitæ, quamuis Monaſterium Regularium iuriſdictioni eſſet ſubiectum.

C. Epiſc. in Neapolitana 1582.
C. Epiſc. apud Barboſ. de off. Epiſc. all. 100. nu. 4.
Pius V. cõſtit. 7. in Ord. Bull.

2 Puellæ voluntas iuxta formam præſcriptam à Sac. Concilio Tridentino infraſcriptis interrogationibus exploretur.

Forma interrogandi Puellam Religionem ingreſſuram.

QVanto tempore citrà cogitauerit de ingredienda Religione.

An toto dicto tempore firmiter perſeuerauerit in huiuſmodi propoſito.

An libera voluntate, ſeù ſpontè decreuerit habitum Religionis ſuſcipere, an coactè, præcibus, minis, metu, blanditijs, ſeù timore incuſſo à Parentibus, vel ab alijs inducta fuerit (& quatenus ſic.)

Recenſeat quod genus, præcum, blanditiarum, minarum, metus, & timoris illatum fuerit.

An ſciat quid agat, & quà de cauſa Monialis fieri velit.

An ſit informata de pondere, & vi Religionis, ac ſtatus Religioſi.

An poſſit perpetuam clauſuram ſubire.

An notitiam habeat votorum, quæ in ea emittenda ſunt.

An ſit conſcia vitæ, ſtatus, regulæ, ac conſtitutionis illius Monaſterij, in quo ingredi decreuit.

An ad ipſius obſeruantiam ſe adſtringere, & ligari ſit omninò parata, & libenter prompta.

An

An animo verè Deo ſeruiendi, & famulandi, & non alijs humanis reſpectibus ſtatum religionis elegerit.

Interrogetur circa rudimenta fidei, & Doctrinam Chriſtianam.

An ſciat legere (& tradito aliquo libro ſpirituali) eam legere præcipiat.

3 Moneantur inſuper Parentes, ſeù alij Puellæ Conſanguinei, quod Anathemati Sancta Tridentina Synodus ſubiacet omnes, & ſingulas perſonas cuiuſcunque qualitatis, & conditionis fuerint, etiam Clericali, & Regulari dignitate fulgentes, ſi quomodocunq; coegerint aliquam Virginem, vel Viduam, aut aliam quamcunq; Mulierem inuitam, præter quam in caſibus a iure permiſſis ad habitum Regularem ſuſcipiendum in quacunque Religione, ſeù ad emittendam in eadem profeſſionem, ſcientes eam non ſponte facere; vlteriùs omnes alij, qui auxilium, fauorem, præſentiam, conſenſum, & auctoritatem deſuper interpoſuerint; propterea vt eorum conſcientiæ conſulant, & bene animaduertant quid agant. *Tri ſeſ. 25. c. 18. de Regul. Gauant. in Man. verb. Monial. recept. n. 25.*

4 Explorata Puellæ voluntate, de noſtra licentia in ſcriptis concedenda, conuocetur capitulum, & ſuffragia per vota ſecreta Moniales liberè omni humano affectu poſtpoſito ferant. Puella verò non cenſeatur admiſſa, niſi duas ex tribus partibus ſuffragiorum tulerit, aut certè ipſa vota ſecreta maiorem Capituli partem excedant, de quò Præfecta teneatur admonere noſtrum Vicarium Generalem. Admiſſio autem Puellæ, ſupradicta forma non ſeruata, nulla, irrita, & inualida remaneat. Præfecta verò de cuius conſenſu id ſecutum fuerit, pæna remotionis ab officio, ac priuationis vſus veli ad ſex menſes multabitur. *Gauant. in Manual. v. Monial. recept. n. 22. C. Epiſc. An. 1603. apud Gauant. ibid.*

5 Pro veſtienda Moniali non ingrediatur Monaſterium,

C. Epiſc. in Neapolitana 1582. tum Religionis non admittatur, antequam in capitulo Monialium proponatur, ſupplicem ſui deſiderij libellum nobis porrigere debeat, vt à Noſtro Vicario Generali, ſeù alio deputando, diligens fieri poſſit inquiſitio de eius libera voluntate, & an concurrant aliæ conditiones iuxta Monaſterij inſtitutum requiſitæ, quamuis Monaſterium Regularium iuriſdictioni eſſet ſubiectum.

C. Epiſc. apud Barboſ. de off. Epiſc. all. 100. nu. 4.

Pius V. cōſtit. 7. in Ord. Bull. 2 Puellæ voluntas iuxta formam præſcriptam à Sac. Concilio Tridentino infraſcriptis interrogationibus exploretur.

Forma interrogandi Puellam Religionem ingreſſuram.

QVanto tempore citrà cogitauerit de ingredienda Religione.

An toto dicto tempore firmiter perſeuerauerit in huiuſmodi propoſito.

An libera voluntate, ſeù ſponte decreuerit habitum Religionis ſuſcipere, an coactè, præcibus, minis, metu, blanditijs, ſeù timore incuſſo à Parentibus, vel ab alijs inducta fuerit (& quatenus ſic.)

Recenſeat quod genus, præcum, blanditiarum, minarum, metus, & timoris illatum fuerit.

An ſciat quid agat, & quà de cauſa Monialis fieri velit.

An ſit informata de pondere, & vi Religionis, ac ſtatus Religioſi.

An poſſit perpetuam clauſuram ſubire.

An notitiam habeat votorum, quæ in ea emittenda ſunt.

An ſit conſcia vitæ, ſtatus, regulæ, ac conſtitutionis illius Monaſterij, in quo ingredi decreuit.

An ad ipſius obſeruantiam ſe adſtringere, & ligari ſit omninò parata, & libenter prompta.

An

An animo verè Deo ſeruiendi, & famulandi, & non alijs humanis reſpectibus ſtatum religionis elegerit.

Interrogetur circa rudimenta fidei, & Doctrinam Chriſtianam.

An ſciat legere (& tradito aliquo libro ſpirituali) eam legere præcipiat.

3 Moneantur inſuper Parentes, ſeù alij Puellæ Conſanguinei, quod Anathemati Sancta Tridentina Synodus ſubiacet omnes, & ſingulas perſonas cuiuſcunque qualitatis, & conditionis fuerint, etiam Clericali, & Regulari dignitate fulgentes, ſi quomodocunq; coegerint aliquam Virginem, vel Viduam, aut aliam quamcunq; Mulierem inuitam, præter quam in caſibus à iure permiſſis ad habitum Regularem ſuſcipiendum in quacunque Religione, ſeù ad emittendam in eadem profeſſionem, ſcientes eam non ſponte facere; vlteriùs omnes alij, qui auxilium, fauorem, præſentiam, conſenſum, & auctoritatem deſuper interpoſuerint; propterea vt eorum conſcientiæ conſulant, & bene animaduertant quid agant. *Tri ſeſ.25. c. 18. de Regul. Gauant. in Man. verb. Monial. recept. n. 25.*

4 Explorata Puellæ voluntate, de noſtra licentia in ſcriptis concedenda, conuocetur capitulum, & ſuffragia per vota ſecreta Moniales liberè omni humano affectu poſtpoſito ferant. Puella verò non cenſeatur admiſſa, niſi duas ex tribus partibus ſuffragiorum tulerit, aut certè ipſa vota ſecreta maiorem Capituli partem excedant, de quò Præfecta teneatur admonere noſtrum Vicarium Generalem. Admiſſio autem Puellæ, ſupradicta forma non ſeruata, nulla, irrita, & inualida remaneat. Præfecta verò de cuius conſenſu id ſecurum fuerit, pæna remotionis ab officio, ac priuationis vſus veli ad ſex menſes mulctabitur. *Gauant. in Manual. v. Monial. recept. n. 22. C. Epiſc. An. 1603. apud Gauant. ibid.*

5 Pro veſtienda Moniali non ingrediatur Monaſterium,

C. Epiſ. 13. Sept. 1583.

rium, ſed in Eccleſia exteriori, aut in Choro interiori ab ipſiſmet Monialibus cæremoniæ explicantur, iuxta Monaſterij inſtitutum, & conſuetudinem, nomen gentilium fœminarum non imponatur, omniſq; pompa, & faſtus remoueatur.

Ead. 17. Apr. 1604.

6 Sanctimoniales religioſum habitum poſtquam aſſumpſerunt, nunquam deponant, virorum indumenta etiam recreationis cauſa non induant, minuſq; armis ſe percingant, ſpiritum verò, corpuſq; non alia ratione reficiant, niſi ea, quæ virtutis ſpecimen præſeferat.

C. Regul. 2. Iul. 1589 d. 41. et 43.

7 Non recipiatur Monialis, vel Conuerſa, niſi vacua ſuperſit propria cella, vel locus in communi Dormitorio ab alijs diſtinctus, & ſeparatus, ſiuè muro, ſiuè cemento, ſiuè tabulis, ſiuè ſaltem tela, eidem in Monialem, aut Conuerſam recipiendæ aſſignandus, ſiuè ſit intrà, ſiuè ſupra definitum numerum.

Ead. d. 44.

8 Antequam deueniatur ad actualem receptionis actum, ſiuè Monialis ſit tum intra, tum extra numerum, parentes, fratres, vel alij ad quos ſpectat, promptam habeant prò dote, vel eleemoſyna conſueta, vniuerſam

Ead. in Luſitana 6. Iun. 1615. ad 3.

pecuniam, quæ apud Monialium Conſanguineos, vel affines nullatenus relinquatur, ſed actualiter deponatur pænes idoneum Mercatorem, aut alium fide, & facultatibus idoneum depoſitarium, ſeù alterius probi, diuitiſque viri, qui profeſſione ſecuta ad omne mandatum

Ead. 1581.

Monialium eam ſoluere ſpondeat, nulla ſeruata forma, & figura Iudicij, ſed abſque Iudicis decreto realiter, & perſonaliter ſe grauari poſſe conſentiat, vnica tantum præcedente intimatione ſub grauibus pænis contrauenientibus arbitrio noſtro irrogandis.

C. Epiſc. in Camerinē. 15. Martij 1594.

9 Monaſteria, nè grauentur maiori Monialium numero, quæ ex redditibus proprijs, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè ſubſtentari nequeant, propterea

Pius V. cōſt. 8. fol. 138. Gre. XIII. conſt. 8. fo.

reà certus Monialium numerus in quolibet Monaſterio *278. Bull.*
conſtituatur, & conſeruetur. In quo numero præfixo *Cher.10.2.*
etiam Conuerſæ neceſſariæ comprehendantur. *C.Epiſc.6. Nou 1595.*

10 Supra definitum numerum, nulla in Monialem, *C. Reg. 2.*
aut Conuerſam recipiatur, niſi duplicatam dotem ſol- *Iul. 1589.*
uerit, & prò ea adſit propria cella, vel opportunus lo- *d. 43. C.Epiſ.30.*
cus, in quo ſeparatim ab alijs, proprium poſſit retinere *Septemb.*
cubile. *1616.*

11 Nomine dotis duplicatæ intelligatur duplex *C Epiſc.6.*
ſumma, quæ in receptione Monialis intra numerum tra- *Sept.1604. apudCãpa.*
di conſueuit. *nil rub.12.*

12 Dos intra numerum, licet expendi poſſit in vſus *c.16.n.14. Ead.6. Iu-*
communes Monaſterij neceſſarios, ſupernumeraria- *nij 1615.*
rum verò omninò in emptionem bonorum ſtabilium,
ſeù annui redditus conuertatur.

13 Soluantur Dotes in ære, & non in bonis ſtabili- *Ead. 28. Mar.1588.*
bus, nullaque fiat differentia circa dotis quantitatem, *Ead. 30.*
inter Municipes, ſeu Terrerias, & Aduenas. *Sept.1616.*

14 Loca per obitum Monialium, & Conuerſarum *Ead.6.Sep-*
vacatura, non promittantur, aut concedantur, ſed ipſæ *tẽb. 1604. apudQuãt.*
promiſſiones nullæ, & inualidæ remaneant, & Præfecta, *V. Monaſt.*
aliæq; Moniales, quæ huiuſmodi promiſſioni conſenſe- *Mõ.f.360. §. eadem*
rint grauiter arbitrio S. Congregationis punientur. *quoq;*

15 Loco Monialis, vel Conuerſæ defunctæ, non ſu- *Ead. 19.*
pernumerariæ, ſed aliæ ſubrogentur. *Apr.1595. 6 Sep.1604.*

16 Tertia ſoror, quæ in eodem Monaſterio habi- *6. Februa.*
tum ſuſcipere, & profeſſionem emittere petit, etiam ſi *1615. Ead. 26.*
ſit intra numerum præfixum, duplicatam portionem *Aug.1616.*
ſoluat, & ſuffragio careat in capitulo, quouſque altera *Ead. 25.*
ex duabus primis eius ſororibus decedat, quarta verò *Maij 1595.*
triplicatam portionem ſoluat.

17 Numerus Conuerſarum recipiendarum non *C.Regul.2.*
excedat tertiam partem aliarum Monialium, vel ad *Iul 1589.*
ſum- *d. 38.*

ſummum, nonniſi duæ ad rationem quinque, aut minor numerus ſecundum conſuetudinem hactenus obſeruatam.

De Profeſsione Monialium. Practicab. IX.

Tri. ſeſ. 25. c. 15. de Regul. c. ad Apoſtolicã eod. tit. c. nõ ſolum eod. tit. in 6 c. ad noſtrã, c. cũ virũ, c. poſtulaſti eod. ti. c. cõſaluus 17. qu. 2.

1 AD profeſſionem emittendam Nouitia non admittatur, niſi completo probationis anno à die ſuſcepti habitus computando, & poſt decimum ſextum ætatis annum expletum, aliter profeſſio remaneat nulla, & inualida, nullamq; inducat obligationem ad Regulæ, & Religionis obſeruantiam, nec alios quoſcunq; effectus pariat.

Trid. ſeſſ. 25. c. 17.

2 Appropinquante tempore profeſſionis, ante menſem, Præfecta Vicarium Noſtrum certiorem facere teneatur, vt iterum de libera Puellæ voluntate ab eodem Vicario, ſeù alio deputando ad traditam formam, diligens fieri poſſit inquiſitio, quod ſi omiſerit, arbitrio noſtro ab officio ſuſpenſa remaneat.

Deciſ. apud Barboſ de poteſt. Epiſ. all. 100. nu. 6. Deciſ apud Campanel. rub. 12. c. 16. n 15. C. Epiſ. 12. Ianuarij 1604.

3 Exploratio voluntatis Puellæ fiat ad Crates ferreas, nec huiuſmodi occaſione ingredi liceat ſepta Monaſterij, iuxta verò concurrente cauſa, & certa ſuſpicione, de noſtra licentia in Eccleſia exteriori præſentibus, ſed non audientibus duabus Matronis grauibus, & Puellæ propinquis, examen fieri poterit.

4 Fiat omninò experimentum, an legere, & diuinum officium recitare ſciat, aliàs non admittatur, ſed differatur profeſſio, donec habilis comperiatur.

Trid. ſeſſ. 25. c. 16.

5 Nouitia ſi deliberauerit profeſſionem non emittere, ad ſuorum Conſanguineorum Domum remittatur, cum reſtitutione omnium, quæ ſecum attulerit.

Com-

6 Comperta verò, præuio examine, libera Puellæ voluntate; vigore facultatis à Vicario noſtro concedendæ, proponatur in Capitulo, an ad Profeſſionem admitti debeat, & ſi duas ex tribus partibus, vel maiorem ſecretorum ſuffragiorum iuxta Monaſterij conſuetudinem tulerit, eundem Vicarium Præfecta commonefaciat, vt eidem conſtito Monaſterio ſatisfactum fuiſſe de omnibus, quæ ratione alimentorum, eleemoſynæ, ſeu conſuetudinis perſolui debent, ſolemnem approbatæ Puellæ Profeſſionis receptionem demandare queat.

7 Profeſſionis memoria, ſub die, & anno, quò emiſſa fuerit, referatur in particulari libro ad hunc tantum effectum compaginato, ſubſcribatur tum à Profeſſa, ſi ſcribere nouerit, tum à Superiori, quæ eam admiſit. *Gauant. in Manual. in verb. profeſ. Monia. nu. 27.*

8 Nouitia, ſi ante profeſſionem ex hac vita migrauerit, Conſanguineis omnia, quæ ſecum attulit, reſtituantur, excepto habitu Religioſo, cuius tantum prætium ſi relinquere noluerint, reſtituendum veniat. *S. C. apud Barboſ. de off. Epiſc. all. 100. nu. 39. & 40.*

9 Renunciatio, & quæcunq; alia obligatio facta à Nouitia ſine noſtra, aut Vicarij noſtri Generalis licentia, & non intra duos menſes proximos ante Profeſſionem, nulla, & inualida remaneat, quamuis iuramento firmata, & in fauorem cuiuſcunque cauſæ piæ inita fuerit. *Trid. ſeſſ. 25. c. 16. de Regul.*

De legitima Monialium in Officiales electione. Practic. X.

1 VT ſanctimonialium Monaſteria omni ſtudio, ac diligentia ſecundum Regularis diſciplinæ normam fæliciter regantur, & gubernentur, laudabili inſtituto quolibet biennio, aut ad ſummum triennio, ad *Gre. XIII. conſtit. 80. Bul. Cher. tom. 2. fol. 348.*

nouæ Præfectæ, ſeù Abbatiſſæ, cæterarumq; officialium electionem deueniatur; ita vt nouiſſimæ cum effectu præeſſe deſinent, & à die perfuncti muneris, per alterum triennium ab officio vacare debeant, nec confirmari, aut triennium prorogari liceat, ſine Sedis Apoſtolicæ, aut Sacræ Congregationis auctoritate.

C. Epiſ. 10. Februarij 1615.

2 In electione officialium non ſecundum proprium affectum, ſed ad maiorem Dei gloriam, & Monaſterij vtilitatem, à Monialibus illæ aſſumantur, quæ ætate, conſilio, prudentia, vitæ, ac morum probitate, ad regimen magis idoneæ exiſtimentur; propterea nulla Monialis directè, vel indirectè per ſe, aut per interpoſitas perſonas officia procuret, ſub pœna priuationis officij, & per tres ſextas ferias in capitulo ad pedes ſingularũ, terram deoſculando, ſuam ambitionem accuſare debeat.

Deciſ apud Gauant. in Manu. V. Monial officiales nu. 28. & 29.

3 Non eligatur in Præfectam, ſeù Abbatiſſam, minor annis quadraginta, quæ ſimul octauum Profeſſionis annum non expleuerit, aut ſaltem ſi non adſint huius ætatis, quæ trigeſimum annum excedat, & quinque ad minimum annos poſt profeſſionem laudabiliter, ac rectè vixerit.

Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 7.

4 Electio fieri debeat per vota ſecreta coram noſtro Vicario Generali, ſeù alio deputando, qui electioni interſit ante Cancellorum feneſtellam vota recipiantur, eligentium nomina non publicentur, Monaſterium huiuſmodi de cauſa non ingrediatur, etiam ad ægrotantium ſuffragia recipienda.

Tri ſeſ. 25. c 6 & c. 7. de Regul. Greg. XV. A. 1622. C. Epiſ. 21. Iun. 1595.

5 In caſu diſcordiæ inter Moniales, in electione Abbatiſſæ, poſt aliquod certum tempus eiſdem aſſignandum, ſi non concordauerint, ſciant à nobis eligendam, & nominandam fore: ſcrutatores verò ad hunc effectum ſi à nobis deputentur, vota dare non debeant.

Ead. 20. Nouemb. 1585.

6 Aliæ Officiales niſi Monialium votis creari ſoleant,

leant, eligantur ab eo, qui electioni præeſt, vnà cum Confeſſario Præfecta, Vicaria & diſcretis.

7 Vicaria, & ſex, aut ad minus quatuor diſcretæ, ſi Monialium numerus quadraginta non excedat maturitate, conſilio, & prudentia cæteris digniores deputentur, quas Præfecta in grauioribus Monaſterij negotijs conſulere debeat.

8 Ianitrices, Comitrices, Rotariæ, Auſcultatrices, ac Sacriſtiæ curam habentes ſint quadraginta annis, non paucioribus natæ, ſpectatæ vitæ, probitatis, ac morum conſpicuæ, & ſaltem de ſenioribus Monaſterij.

C. Reg. 2. Iul. 1589. d. 33. Clē. VIII. apud Moſcō de maieſt. Mil. Eccleſ. li. 1. p. 4. c. 4.

9 Præfecta germanas ſorores ſi habeat in eodem Monaſterio, ad officium Vicariæ, Ianitricis, Scribæ, aut Cellariæ aſſumere nequeat.

10 Alij exteriores officiales, & Monaſterij Miniſtri, nempè Factores, Medici, Tonſores, & ſimiles ad Monaſterij famulatum, & procurationem non admittantur, niſi à nobis approbentur.

Deciſ. apud Gauant. in manual. v. Moni. cur. in tempor. n. 16. et 17.

11 Religioſi verò particulares, cuiuſcunq; gradus, in adminiſtratione bonorum Monialium non deputentur.

C. Epiſ. 22. Aug. 1605.

12 Quolibet triennio Monialium Procuratores, & Officiales mutari, aut ſaltem iuſtis de cauſis à nobis confirmari debeant, quotannis verò eorum officio durante adminiſtrationis rationem reddere teneantur.

Ead. 31. Iun 1605. Greg. XV. conſtit. 18. §. Confeſſ. Bul. Cher. to. 3. f. 296.

De Puellis intra Monaſteria Monialium educandis. Practicab. XI.

1 VT à teneris Puellæ bonis imbuantur moribus, & ſuaui iugo Deo famulari aſſueſcant, eas in Monaſterijs educationis gratia recipi poſſe permittitur,

C. Epi. vlt. Aug. 1575. ad Epiſc. Hieracē. & apud Bar-

boſ. de off. Epiſc. all. 102. n. 63.

ſi particularibus legibus, & inſtituto prohibitum non reperiatur.

Deciſ. apud Zerol. p. 1. V. Monial. §. 11.

C. Epiſ. in S. Seuer. 16. Ian. 1615.

Ead. 27. Maÿ 1603.

2 Non recipiantur minores ſeptennio, & maiores viginti quinque annorum, & niſi Monaſterium ſit capax, & prò puellis educandis prò dormitione, & laborerio loca particularia deſtinata, & conſtituta ſint, ſecundum quorum capacitatem certus præſcribatur educandarum numerus, vltra quem alias admitti nequeant.

Ead in Amelien. 4. Ianuar. 1604.

Ex Stylo Curia S.C. 27. Maÿ 1603.

3 Puella non ingrediatur Monaſterium, niſi à Monialibus capitulariter congregatis per ſecreta ſuffragia acceptetur, ac licentiam à S. Congregatione obtinuerit nobis, ſeù noſtro Vicario exhibenda, & in Abbatiali Cancellaria prius regiſtranda.

DD. apud Barboſ. de off. Epiſc. alleg. 102. nu. 63.

4 Educandæ, debeant in Monaſterijs manere ſine Ancillis, non alijs vtantur indumentis, niſi quæ virginali modeſtiæ, & pudori conueniant. Clauſuram ſeruare teneantur, nec inde exire poſſint, vt redeant, ſed poſtquam ſemel exierint, non amplius recipiantur abſq; noua licentia; Reſtituantur verò Patribus, ſeù Parentibus, quotieſcunq; eas petierint, habita prius à nobis in ſcriptis facultate.

C. Epiſc. in S. Seuerinē. 16. Ianua. 1615.

Ead. 27. Maÿ 1603.

5 Quolibet ſemeſtri anticipata Monaſterio ſoluatur portio prò alimentis in certa pecunia, aliàs ad ſuos remittatur, nec permittatur dietim à Parentibus tranſmitti victum.

Deciſ. apud Barboſ. de off. Epiſc. alleg. 102. n. 64 et 65.

6 Puella, quæ in Monaſterio vigeſimum quintum ætatis annum expleuerit, debeat intra terminum à nobis conſtituendum, eligere, vtrùm Religioſum habitum recipere, aut à Monaſterio egredi maluerit.

C. Epiſc. 1595. apud Nald. V. Moniales nu. 14.

7 Occaſione teſtamenti condendi ab educanda graui infirmitate laboranti, ac in vitæ diſcrimine conſtituta, non admittantur Notarius, & teſtes, niſi probatę vitæ, & famæ prius à nobis in ſcriptis impetrata licentia.

Vi-

8 Viduæ, ac aliæ mulieres nobiles, niſi Moniales fieri velint, non introducantur in Monaſteria, vt ibi perpetuò viuant, abſq; S. Pontificis permiſſu, omniumq; Monialium conſenſu. *Decis apud Barboſ. de off. Epiſc. alleg. 102. nu. 67.*

9 Si educanda Matrimonium contrahere decreuerit, ſponſalia dum permanet in Monaſterio contrahere, aut ſponſus ad manus iungendas ad crates, aut ad ianuam accedere nequeat, ſed intra octo dies à Conſanguineis extrahatur, ſub pœna excommunicationis incurrendæ tùm ab Abbatiſſa, tùm ab alijs Monialibus quomodolibet conſentientibus. *S.C. ad Archiepiſ. Bonon. 8. Febru. 1623.*



CON-

CONSTITVTIONVM SYNODALIVM

PARS SEXTA.

Appendix, ſeù de varijs ad faciliorem Decretorum Synodalium executionem pertinentibus.

Forma iuramenti præſtandi à quolibet nominato, præſentato, vel electo ad aliquod Beneficium.

§. I.

EGo N. prouiſus de Eccleſia N. *(ſi Eccleſia fuerit collata)* vel de Beneficio N. *(ſi beneficium in Altari conſiſtat)* iuro me futurum fidelem, & obedientem Sanctæ Matri Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, & Eminentiſſimo, ac Reuerendiſſimo D. Cardinali Antonio Barberino, Abbati Auguſtæ Abbatiæ Nonantulæ, eiuſq; legitimis ſucceſſoribus, neq; me beneficium antedictum accepiſſe animo dimittendi, ſed per me eidem deſeruiturum *(& ſi requirat reſidentiam)* & continuam reſidentiam facturum, neque me prò eodem

dem conſequendo pacta aliqua illicita, cum vllo prorſus, nec tacitè, nec expreſsè, per me ipſum, aut per interpoſitam perſonam directè, vel indirectè prorſus iniuiſſe, iuro inſuper omnium, & ſingulorum bonorum mobilium, ſtabilium iurium, & pertinentiarum ad eandem Eccleſiam, ſeù Beneficium quomodolibet ſpectan. & pertinen. inuentarium me facturum, & intrà duos menſes in Archiuio Abbatiali exhibiturum, omniaque bona, res, & poſſeſſiones ad eandem, pertinentes, & pertinentia non venditurum, donaturum, pignoraturum, aut alio quò vis modo contra iuris diſpoſitionem alienaturum, immò alienata prò poſſe recuperaturum, ſemperque defenſurum: Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

Forma iuramenti præſtandi à Prouiſo, vigore electionis, vel Præſentationis.

§. II.

EGo N. nominatus, præſentatus, & electus ad Eccleſiam N. vel Beneficium N. iurò me Eccleſiæ, vel beneficij obtinendi gratia, nec per me, nec per interpoſitam perſonam ad finem, & effectum obtinendi præſentationem, vel nominationem quidquam doni, muneris Patrono, vel Patronis, vel cuiquam alteri, promiſiſſe, dediſſe, conſignaſſe, remiſiſſe, obtuliſſe, compenſaſſe, vel prius datum confirmaſſe, aut mutuò, vel in retributionem gratiarùm dediſſe, aut apud quemquam depoſuiſſe; Neq; de bonis, fructibus, emolumentis, decimis, oblationibus eiuſdem Eccleſiæ, vel Beneficij præteritis, præſentibus, & futuris, donationem, promiſſionem, remiſſionem, ac locationem feciſſe, iniuiſſe, celebraſſe, aut ſtipulaſſe. Iuroq; me futurum fidelem, &c. *vt ſupra*.

Con-

Conſtitutio Gregorij XV. contra ſolicitantes in Confeſsione, edita Anno 1622. 30. Aug.

§. III.

Vniuerſi Dominici Gregis, &c.

2 Statuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & ſinguli Sacerdotes, tàm ſeculares, quàm quorumuis etiam quomodolibet exemptorum, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum ordinum, inſtitutorum, Societatum, & Congregationum Regulares, cuiuſcunq; dignitatis, & præeminentiæ, aut quouis priuilegio muniti exiſtant, qui perſonas, quæcunq; illæ ſint ad inhoneſta, ſiuè inter ſe, ſiuè cum alijs quomodolibet perpetranda, in actu Sacramentalis confeſſionis, ſiuè ante, vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu confeſſionis huiuſmodi, etiam ipſa confeſſione non ſecuta, ſiuè extra occaſionem confeſſionis in confeſſionario, aut in loco quocunq; vbi Confeſſiones Sacramentales audiantur, ſeu ad confeſſionem audiendam electo, ſimulantes ibidem confeſſiones audire, ſolicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiuè tractatus habuerint, in officio S. Inquiſitionis ſeueriſſimè, vt infra puniantur. Et præterea omnes hæreticæ prauitatis, Inquiſitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & locorum vniuerſi Orbis Chriſtiani in ſuis quemque Diœceſibus, & Territorijs per has noſtras literas, etiam priuatiuè quò ad omnes alios ſpecialiter, ac perpetuò Iudices delegamus, vt ſuper his contra prædictos ſimul, vel ſeparatim in omnibus, prò vt in cauſis fidei, iuxta ſacrorum Canonum formam, necnon officij Inquiſitionis, huiuſmodi conſtitutiones, priuilegia, conſuetudines, & decreta, diligenter inquirant, & procedant: & quos in aliquo ex huiuſmodi nefarijs

exceſſibus culpabiles repererint, in eos prò criminum qualitate, & circunſtantijs ſuſpen. ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcunq; ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnòn vocis actiuæ, & paſſiuæ, ſi Regulares fuerint, exilij, damnationis ad Triremes, & carceres etiam in perpetuum abſque vlla ſpe gratiæ, aliaſque pænas decernant, eos quoque ſi pro delicti enormitate grauiores pænas meruerint, debita pręcedente degradatione, Curiæ ſeculari puniendos tradant.

Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, Generalibus, Inquiſitoribus, ne delictum tàm enormæ, & Eccleſiæ Dei tàm pernicioſum remaneat ob probationum defectum impunitum, cum difficilis ſit probationis, teſtibus etiam ſingularibus, concurrentibus preſumptionibus, inditijs, & alijs adminiculis delictum probatum eſſe, arbitrio ſuo iudicandi, & Curiæ ſeculari vt præfertur reum tradendum eſſe, pronunciandi.

Non obſtantibus omnibus, quæ dictus Prædeceſſor in ſuis literis prædictis voluit non obſtare, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque.

Mandantes omnibus Confeſſarijs, vt ſuos pænitentes, quos nouerint fuiſſe ab alijs, vt ſupra ſolicitatos moneant de obligatione denunciandi ſolicitantes, ſeù (vt præfertur) tractantes, Inquiſitoribus, ſeù locorum Ordinarijs prædictis, quod ſi hoc officium prætermiſerint, vel pænitentes docuerint non teneri ad denunciandam Confeſſarios ſolicitantes, ſeù tractantes, vt ſupra, ijdem locorum Ordinarij, & Inquiſitores illos prò modo culpæ punire nòn negligant.

Lettera della S. Congregatione del Santo Officio ſopra la Bolla di Gregorio XV. contra ſolicitantes.

REuer. P. Doppo eſſerſi hauuta longa, e matura conſideratione ſopra il dubbio ſignificato da diuerſe bande, ſe li penitenti ſijno obligati à denonciare i Confeſſori, da' quali ſono ſtati ſollecitati, nel luogo, & atto della Confeſſione, quando hanno acconſentito alla ſollecitatione, Noſtro Signore, e queſti miei Signori Eminentiſſimi in Congregatione tenuta auanti Sua Santità a' 25. di Luglio paſſato, doppo d'hauer'anco inteſo il parere d'vna particolar Congregatione deputata à queſt'effetto, hanno riſoluto, che qual ſi voglia penitente è tenuto à denonciare il Confeſſore, dal quale ſarà ſtato ſollecitato, nel luogo, & atto della Confeſſione, ancorche egli habbia conſentito, e non è tenuto à propalare il proprio conſenſo, nè ſopra ciò s'interroghi dal Veſcouo, ò dall'Inquiſitore, ò da' loro Vicarij, auanti i quali deporrà, nè meno il Confeſſore denonciato, procedendoſi poi contro di lui; nè i conſtituti, che ſe gli faranno s'interroghi ſopra detto conſenſo, & in caſo, ch'egli voleſſe dirlo da ſè, non ſi ſcriua il ſuo detto, come coſa in ordine alla perſona ſollecitata, non ſpettante al Santo Officio della Santa Inquiſitione. Le parti dunque di V. R. ſono di ſignificare a' Confeſſori detta riſolutione, e d'incaricargliene ſtrettamente l'oſſeruanza, acciò ne i caſi, ch'occorrono alla giornata, conforme al tenore della Conſtitutione publicata da Gregorio XV. di ſanta memoria contro i Confeſſori ſollecitanti, ſignifichino à i penitenti l'obligo, che hanno di denonciare i Confeſſori, da' quali ſaranno ſtati ſollecitati; & hauendoli conſentito, e facendo difficoltà in ſcoprire il proprio conſenſo, conforme alla reſolutione, che ſi è fatta, gli dichino apertamente, che non ſono tenuti à propalare il detto conſenſo; e che tanto i penitenti, quanto

i Con-

i Confeſſori ſollecitanti, procedendoſi contro di loro, non ſaranno di ciò interrogati, e dicendolo da sè, non ſi ſcriuerà, nè riceuerà il detto loro: e quando il penitente perſiſteſſe tuttauia nella medeſima renitenza, Noſtro Signore ſi contenta, che dal Veſcouo, ò dall'Inquiſitore ſi dia auttorità al Confeſſore di riceuere per ſcrittura, e con giuramento la denoncia, per portarla à chi gli hauerà data auttorità di pigliarla. E ſe oltre le coſe ſudette occorrerà altro caſo graue, per il quale il penitente non ſi poſſa indurre, Sua Santità vuole, che ſe ne ſcriua quì, e ſi aſpetti la riſpoſta: & in tanto non ſi proceda nell'aſſolutione. E tanto V. R. ſi contenterà di fare oſſeruare nella ſua Giuriſditione, facendo regiſtrare la preſente ne gli atti di coteſto Sant'Officio, per informatione ſua, e de' ſuoi ſucceſſori, quali haueranno mira, che la preſente riſolutione riſguarda ſolo à quei penitenti, che per hauer conſentito fanno difficoltà in denonciare, mà à quei, che non hanno conſentito, ò hauendo conſentito non ſono in ciò renitenti, il Confeſſore non deue porre difficoltà alcuna; ma laſciare, che indifferentemente, e liberamente ſodisfaccino all'obligo, che hanno di denonciare conforme alla conſtitutione. Et il Sig. Iddio la conſerui.

Di Roma li 27. Settembre 1624.

Di V. R.

Come fratello

Il Card. Millino.

Decreta Sacræ Congregationis Conc. Sanctiſſ. D.N. Vrb. Papæ VIII. auctoritate edita de celebratione Miſſarum.

§. IV.

CVm ſæpè contingat, in quibuſdam Eccleſijs, tàm magnum Miſſarum celebrandarum numerum ex varijs defunctorum relictis, aut piorum eleemoſynis impoſitum eſſe, vt illis pro ſingulis diebus præſcriptis nequeat ſatisfieri; & tamen noua onera Miſſarum in dies ſuſcipiantur; indeque fiat, vt depereant piæ teſtantium voluntates, obſtricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animæ ſuffragijs priuentur, Eccleſijs debitus ſubtrahatur cultus, ac Chriſti fideles graui ſcandalo affecti, plerumque à ſimilibus charitatis aperibus retrahantur: Cumq; his malis maximum inter cætera fomentum præbeat, aut quòd ij, qui Miſſas ſupra vires celebrandas ſuſcipiunt, ſperent illas breui ad pauciorem numerum à Superioribus reductum iri; aut quòd Eccleſijs, ſorte pecuniarum abſumpta, plerumque nuda remaneant onera Miſſarum abſque vllo emolumento; aut quòd eleemoſyna pro illis celebrandis ſit adeò tenuis, vt non facilè inueniantur, qui velint huic ſe numeri ſubijcere, & redditus Eccleſiæ, aut Monaſterij, adeò exigui, vt Sacerdotes pro neceſſaria ſua ſuſtentatione nouis ſe oneribus obſtringere compellantur: Sacra Congregatio Card. Conc. Trid. Interpretum animaduertens, facturam ſe rem Deo gratiſſimam, charitatiq; ac Iuſtitiæ maximè conſentaneam, ſi pro viribus ſatagat hunc teterrimum abuſum è ChriſtianaReipublica conuellere, atq; eradicare: Sanctiſs. D.N. Vrb. Diuina Prouidentia Pp. VIII. authoritate ſibi ſpecialiter attributa, infraſcriptaDecreta edidit.

Ac

Ac primò diſtrictè prohibet, atque interdicit, nè Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquo modo reducant onera vlla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis; ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apoſtolicam Sedem recurratur, quæ, re diligenter perfecta, id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur, alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiuſmodi, ſi quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas, atque inanes decernit.

Deinde, vbi pro pluribus Miſſis, etiam eiuſdem qualitatis, celebrandis plura ſtipendia, quantumcunque incongrua, & exigua, ſiue ab vna, ſiue à pluribus perſonis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Eccleſijs, Capitulis, Collegijs, Hoſpitalibus, Societatibus, Monaſterijs, Conuentibus, Congregationibus, Domibus, ac locis pijs quibuſcunq; tam ſecularibus, quam regularibus, Sac. Congregatio ſub obteſtatione Diuini Iudicij mandat, ac præcipit, vt abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, ita vt alioquin ij, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant; quinimò grauiter peccent, & ad reſtitutionem teneantur.

Id verò, vt deinceps obſeruetur exactius, Sac. Congregatio eadem authoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibuſuis perſonis, Eccleſijs, ac locis pijs, tam ſecularibus, quam regularibus, cuiuſcunque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti, quamcunque ob cauſam conceſſa, quibus indulgetur, vt certarum Miſſarum, vel Anniuerſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeu orationibus, plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis fiat.

Ac ſimiliter, omne damnabile lucrum ab Eccleſia remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebran-

brandam cum certa eleemoſyna, nè eadem Miſſam alteri, parte eiuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat.

Prætereà, nè in Eccleſijs, in quibus onera Miſſarum in perpetuum impoſita ſunt, Sacerdotes in eis, vt par eſt, adimplendis eò tepidiores, ac ſegniores reddantur, quòd onera huiuſmodi cum nulla, aut parua ſint vtilitate coniuncta; ſtatuit, atque decernit, vt pecuniæ, ac bona mobilia Eccleſijs, Capitulis, Collegijs, Hoſpitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monaſterijs, Conuentibus, ac locis omnibus tàm ſecularibus, quàm regularibus, atque illorum perſonis in futurum ſimpliciter acquirenda, cum onere perpetuo Miſſarum celebrandarum, ab ijs, ad quos pertinet, ſub pœna Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrenda à die realis acquiſitionis ſtatim deponi debeant pænes ædem Sacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam ad effectum illa, ſeu illorum pretium quam primum inueſtiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expreſſa, & indiuidua mentione oneris, quòd illis annexum reperitur: ac ſi eadem bona immobilia auctoritate Apoſtolica deinceps alienari contigerit, eorundem pretium ſub eadem pæna, vt ſupra, deponi, atque in alijs bonis ſtabilibus itidem fructiferis cum eiuſdem oneris repetitione, atque annexione conuerti debeat.

Ad hæc Sac. Congregatio quibuſuis Capitulis, Collegijs, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, ac piorum locorum, tàm ſecularium, quàm regularium Superioribus, vel alijs, ad quos pertinet, diſtrictè prohibet, nè impoſterum onera perpetua ſuſcipiant Miſſarum celebrandarum, ſeculares quidem ſine Epiſcopi, vel eius generalis Vicarij, Regulares verò ſine Generalis, vel Prouincialis conſenſu, & licentia in ſcriptis, & gratis concedenda; alióquin ſecularis, qui huius prohibitionis tranſgreſſor extiterit, ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus ſit eo ipſo. Regula-

gularis verò pænam priuationis omnium officiorum, quę tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vociſq; actiuæ, ac paſſiuæ, abſque alia declaratione incurrat. Eleemoſynas verò manuales, & quotidianas pro Miſſis celebrandis, ita demum ijdem accipere poſſint, ſi oneribus antea impoſitis,ità ſatisfecerint, vt noua quoque onera ſuſcipere valeant; alioquin omninò abſtineant ab huiuſmodi eleemoſynis, etiam ſpontè oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant ab Eccleſijs cum inſcriptione illa, Eleemoſyna pro Miſſis, vel alia ſimili, ſub ijſdem pænis pro facto incurrendis, ne fide ex hac ratione fruſtrentur. Epiſcopus verò, ſeu eius Vicarius, aut Generalis, vel Prouincialis, vbi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiſiti, in ſingulis caſibus diligenter inquirant de ſingulis Miſſarum celebrandarum obligationibus cuiq; Eccleſiæ Monaſterio, aut loco pio incumbentibus; nec anteà aſſenſum huiuſmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitimè conſtiterit, illius Sacerdotes tàm nouo oneri ſuſcipiendo, quàm antiquis iam ſuſceptis ſatisfacere poſſe; præcipuamq; rationem habeant, vt redditus, qui Eccleſijs, & locis pijs relinquuntur, omninò reſpondeant oneribus adiunctis, ſecundùm morem cuiuſq; Ciuitatis, vel Prouinciæ, intelligantq; ſi in re tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint, in Nouiſſimo Die ſe huius prætermiſſi muneris rationem eſſe reddituros.

Poſtremò, Illuſtriſs. Patres, non ſine graui animi dolore intelligentes, mala ferè omnia, quæ regularem diſciplinam euertunt, ac præcipuè nimiam hanc facilitatem fouent in oneribus Miſſarum ſuprà vires ſuſcipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex maiori Regularium numero, quam ferant redditus, & eleemoſynæ cuiuſq; Monaſterij; inhærentes Summorum Pontificum, ac Sac. Tridentini Concilij decretis hac de re editis, Sanctiſſimi D. N. authoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & ſingulis Generalibus, Prouinciali-

bus,

bus, Commiſſarijs, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Guardianis, Vicarijs, & quibuſcunque alijs Superioribus Monaſteriorum, Conuentuum, ac Domorum regularium bona immobilia poſſidentium, vel non poſſidentium, cuiuſcumque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti exiſtentium intra fines Italiæ, & Inſularum adiacentium, vt ſinguli, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus ſui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum vſu peritioribus, bona immobilia, cenſus redditus, & prouentus omnes, conſuetas item eleemoſynas, & obuentiones, tàm communes Monaſteriorum, Conuentuum, & Domorum eiuſdem Prouinciæ, quàm etiam ſingularibus perſonis religioſis aſſignatas; ſeu permiſſas, in communem vſum deinceps conferendas, decem annorum immediatè præcedentium habita ratione diligenter, & maturè recognoſcant, ijs omnibus detractis, quæ reparationes, præſtationes, grandines, ſterilitates, aliauè cuiuslibet generis onera conſueuerunt abſorbere; eaq; omnia ſcripto fideliter exarata, idem ſuperior, cuius intereſt, in proximo Capitulo, ſeu Congregatione generali, vel Prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipſomet Capitulo, ſeu Congregatione deligendis proponat, qui, computatis huiuſmodi redditibus, eleemoſynis, & obuentionibus vniuerſis, & oneribus, vt ſupra, detractis, ſeduló examinent, quot religioſi homines, connumeratis etiam laicis, alijſq; neceſſarijs ſeruientibus, in vnoquoq; Monaſterio, Conuentu, & Domo regulari iuxta regionis, & proprij inſtituti morem, victum, & veſtitum, & medicinalia in communi habentes, & competenter valeant ſuſtentari. Tum eorumdem bonorum, redditiuum, eleemoſynarum, & operum præciſam notam ipſimet Capitulo, ſeu Congregationi exhibeant, vt in illo diligenter omnibus diſcuſſis, cuiuſque familiæ, Monaſterij, Conuentus, ac Domus regularis in ſingula quaque Prouincia certus earum

tan-

tantùm perſonarum numerus. Patrum capitularium voto, præfigatur, quæ redditibus, eleemoſynis, & obuentionibus, vt ſuperius, ſufficienter ali poſſint. Ne verò Superiores, qui id præſtare debent, ſeriùs, aut remiſſius, quam par eſt, ſuo muneri ſatisfaciant, mandat Sac. Congregatio, vt infra annum, poſt proximum Capitulum generale, vel prouinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter geſta, in authenticam formam redacta ad Sacram ipſam Congregationem Concilij ſinguli mittant, numerumque familiæ, ſingulorumq; Conuentuum, Monaſteriorum, & Domorum huiuſmodi regularium, Capituli, ſeu Congregationis generalis, vel prouincialis ſententia, & auctoritate præfinitum, ijdem Superiores, tàm Generales, & Prouinciales omnes, quàm locales perpetuò ſeruare omninò teneantur, nec poſſint illum quoquo modo augere, etiam prætextu augumenti redituum, abſque Sacræ ipſius Congregationis licentia. Superiores autem huiuſmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præſtiterint, vel numerum, vt ſupra præſcriptum quouis modo augere præſumpſerint, priuationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vociſq; actiuæ, ac paſſiuæ, & ad omnia ſuæ religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pænam eo ipſo incurrere, atque alijs etiam grauioribus à Sede Apoſtolica infligendis pænis Sacra Congregatio ſubiacere voluit, & declarauit.

Deinceps verò Monaſterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religioſorum, ſeu Regularium, nullibi recipiatur, niſi præter alia ad id requiſita, in ſingulis eiuſmodi locis duodecim ſaltem Fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis, detractis omnibus, vt ſupra, detrahendis, competenter ſuſtentari valeant, ad præſcriptum decreti fel. rec. Greg. XV. hac de re editi. Alioquin Monaſteria, & loca huiuſmodi poſt hac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, vt ſupra, ſuſtenta-

ri, atque inhabitare non poterunt,& actu non inhabitauerint, Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ iuriſdictioni ſubiecta eſſe intelligantur.

Porrò, ne vllo vnquam tempore hæc in obliuionem, ſeu deſuetudinem abeant, Superiores locales cuiuſq; Monaſterij, Conuentus, ac Domus regularis curare, atque efficere teneantur ſub pæna priuationis officij, vociſq; actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrenda, vt in perpetuum, ſexto quoq; menſe, ideſt feria ſecunda poſt primam Dominicam Aduentus, & feria ſexta poſt Octauam Corporis Chriſti præſentes ordinationes in publica menſa perlegantur. Omnibus tàm Eccleſiaſticis perſonis, cuiuſcunque ſint ordinis, conditionis,& gradus, quàm laicis quocumque honore, ac poteſtate, præditis, ſententia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta.

Non obſtantibus quoad ſupraſcripta omnia, & ſingula in præſentibus Decretis contenta, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in fauorem quarumcũque perſonarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Io. Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alterius Inſtituti, etiam neceſſariò, & in indiuiduo exprimendi, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Capitulorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque, tam ſecularium, quam regularium locorum, necnon illorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs, quoque indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mari Magno, ſeu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſta-

tis

tis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, & formis ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, mentio, ſeu quæuis aliam expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil pænitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus, pro expreſſis habens, quibus quò ad ea, quæ præſentibus aduerſantur, illis alias in ſuo robore permanſuris, Sacra Congregatio Sanctitatis ſuæ authoritate ſpecialiter, & expreſsè derogat, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque.

Etne præmiſſorum ignorantia à quoquam prætendi poſſit, voluit eadem Sacra Congregatio, vt præſentes Ordinationes in Valuis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, vt moris eſt, affixæ, omnes, ad quos pertinet ita arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent, vtq; earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ die 21. Iunij 1625.

Coſmus Card. de Torres.

Loco ✠ Sigilli.

Proſper Fagnanus Sac. Cong. Secr.

Declarationes aliquot Sacræ Congregationis Concilij S. D. N. Vrb. Papæ VIII. auctoritate editæ ſuper Decretis eiuſdem Congreg. de Celebratione Miſſarum.

SVper primo Sacræ Congregationis decreto, de celebratione Miſſarum; quo prohibetur, ne Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus; vel aliàs quoquomodo, reducant onera vlla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis.

Quæritur, quid ſi legatum ſit ità tenue, vt non ſit, qui velit onus illi iniunctum ſubire, &, ſi recurrendum ſit ad Sedem Apoſtolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum inſumendum ſit pro expenſis ad id neceſſarijs?

Et quid, ſi permittatur Epiſcopo in fundatione, vt poſſit huiuſmodi onera moderari?

Secundò, ſuper ſecundo eiuſdem Congregationis decreto, quo cauetur, vt celebrentur tot Miſſæ, quot ad rationem tributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint.

Quæritur: an verba illa (præſcriptæ fuerint) intelligenda ſint de præſcriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

Tertiò, an cum Ordinarius præſcripſerit eleemoſynam congruam iuxtà qualitatem loci, perſonarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes ſtipendium minùs congruo, teneantur Miſſas illis ab offerente præſcriptas celebrare?

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Miſſas celebrare ratione beneficij, ſeù capellæ, legati, aut ſalarij, poſſint etiam manualem eleemoſynam, pro Miſſis votiuis, aut defunctorum, recipere, & vnico Miſſæ ſacrificio vtrique oneri ſatisfacere?

Quintò, poſito, quòd Teſtator relinquat, vt celebrentur pro eius anima centum Miſſæ, abſque vlla præſcriptione eleemo-

moſynæ; Quæritur, an liberum ſit hæredibus, eleemoſynam ſibi benè viſam præſcribere, an verò eadem eleemoſyna præſcribenda ſit ab Ordinario?

Sextò, ſuper Tertiò Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio reuocat Priuilegia, quibus indulgetur, vt certarum Miſſarum, vel Anniuerſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeù orationibus, plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat.

Quæritur, An verba (in futurum ſuſcipiendis) intelligenda ſint de oneribus ſuſcipiendis poſt Priuilegium?

Septimò, ſuper Quartò eiuſdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna, ne eamdem Miſſam alteri, parte eiuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat.

Quæritur, An permittendum ſit adminiſtratoribus Eccleſiarum, vt retineant aliquam eleemoſynarum portionem pro expenſis manutentionis Eccleſiæ, Altarium, inſeruientium, paramentorum, luminum, vini, hoſtiæ, & ſimilium?

Octauò, An hoc decretum habeat locum in beneficijs, quæ conferuntur in titulum, ideſt, An Rector Beneficij, qui poteſt per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare ſtipendium ad rationem reddituum Beneficij?

Nonò, An Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemoſyna maior ſolita prò celebratione Miſſæ, debeant dare eamdem integram eleemoſynam ijs, quibus Miſſas celebrandas committunt: An verò ſatis, ſit, vt dent celebrantibus eleemoſynam conſuetam?

Decimò, ſuper Quintò eiuſdem Congregationis Decreto, quo inter cætera ſtatuitur in hæc verba, eleemoſynas verò manuales, & quotidianas pro Miſſis celebrandis ità demum ijdem accipere poſſint, ſi oneribus anteà impoſitis

ità

ità ſatisfecerint, vt noua quoque onera obire valeant; Alioquin omninò abſtineant ab huiuſmodi eleemoſynis, etiam ſponte oblatis, in futurum recipiendis, & capſulas auferant, &c.

Quæritur, An hoc decretum prohibeat abſolutè, quò minùs accipiant nouas eleemoſynas ij, qui acceptis non ſatisfecerunt; & quid ſi congruo tempore poſſint omnibus ſatiſfacere?

Vndecimò, quid, ſi offerens eleemoſynas, audito impedimento, conſentiat, vt Sacerdos Miſſam celebret cum primùm poterit?

Duodecimò, An pœna interdicti, & aliæ appoſitæ in eodem decreto afficiant tam eos, qui accipiunt eleemoſynas contra formam ibi præſcriptam, quam eos, qui non auferunt capſulas ab Eccleſijs, vt ibidem præcipitur?

Decimo tertiò, An in hoc decreto comprehendantur illæ capſulæ, quæ apponi ſolent in Eccleſijs in die commemorationis omnium Sanctorum, & vulgò dicuntur (caſſe de' Morti?)

Decimo quartò, An adminiſtratores Eccleſiæ magnæ deuotionis, & concurſus poſſint eleemoſynas prò Miſſis celebrandis accipere, ſi ijſdem Miſſis non niſi poſt longum tempus ſatisfacere valeant, ne alias cultus Eccleſiæ, & deuotio, ac concurſus fidelium, vt aiunt, minuantur?

Decimo quintò, quia prohibitio dicti Decreti videtur aliquibus directa ſolis Capitulis, Collegijs, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, & Piorum locorum, tàm ſæcularium, quàm regularium, Superioribus, de quibus fit expreſſa mentio, non autem priuatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur ſub clauſula generali (& alijs ad quos pertinet) ſupplicatur pro opportuna declaratione?

Decimo ſextò, ſuper Septimò eiuſdem Sacræ Congregationis

nis Decreto, quo cauetur, vt in ſingulis Monaſterijs religioſorum præfigatur numerus, qui ex conſuetis redditibus, aut eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari.

Quæritur, An vbi hæc præfixio facta iam fuit in vim ſimilis decreti ſan. mem. Pauli V. abſque tamen computatione redditiuum cuiuſque religioſi, ſit denuò facienda, necne?

Decimo ſeptimò, An nouitij, ad habitum Regularem admiſſi, poſſint admitti ad profeſſionem in Monaſterijs, in quibus, habita vt ſuprà præfixione numeri, commodè ali non poſſunt?

Decimo octauò, ſuper Vltimò, quo cauetur, vt nullibi recipiantur conuentus regularium, niſi præter alia ad id requiſita, duodecim ſaltem fratres in eis degere, & competenter ſuſtentari valeant, ità vt alioquin ſubſint Iuriſdictioni Ordinarij.

Quæritur, an hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Miſſarum, comprehendat eas religiones, quæ non conſueuerunt onera Miſſarum recipere, vt ſunt religiones Capuccinorum, ac Societatis Ieſu?

Vltimò, An idem decretum, vbi diſponit, vt nullibi recipiantur Monaſteria, niſi, &c. habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam eſt reſtrictum decretum proximè antecedens, an verò etiam extrà Italiam?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, auctoritate ſibi à Sanctiſs. D. N. attributa, Ad ſingula dubia ſuperiùs propoſita ad hunc modum reſpondit, videlicet.

Ad primum, etſi legatum ſit adeò tenue, nihilominus, pro reductione oneris, vt ſuprà, impoſiti, ab ijs, ad quos pertinet, Sedem Apoſtolicam eſſe adeundam, quæ abſq; vlla

im-

impenſa id ſtatuet, quod magis in Domino è re eſſe iudicauerit; Verumtamen ſi in ipſa beneficij erectione expreſsè cautum fuerit, vt liceat Epiſcopo iniunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non ſuſtulerunt, eſſe validam, & obſeruandam.

Ad ſecundum, eſſe intelligenda de præſcriptione facta ab eo, qui eleemoſynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quòd ſi tribuens eleemoſynam numerum Miſſarum celebrandarum non præſcripſerit, tunc tot Miſſas celebrari debere, quot præſcripſerit Ordinarius ſecundum morem ſuæ Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad Tertium, teneri.

Ad Quartum, Sacerdotes quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione beneficij, ſeù capellæ, legati, aut ſalarij, ſi eleemoſynas pro alijs etiam Miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eadem Miſſa vtrique obligationi ſatisfacere.

Ad Quintum, cenſuit, vbi nullam certam eleemoſynam teſtator reliquit, eſſe ab Epiſcopo præſcribendam eleemoſynam congruam, quæ reſpondeat oneribus Miſſarum celebrandarum, ſecundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad Sextum, Ita eſſe intelligenda.

Ad Septimum, reſpondit, permittendum non eſſe, vt Eccleſiæ, ac loca Pia, ſeù illorum adminiſtratores, ex eleemoſynis Miſſarum celebrãdarum vllam, vtcumque minimam, portionem retineant ratione expenſarum, quas ſubeunt in Miſſarum celebratione, niſi cum Eccleſiæ, & loca ipſa aliòs non habent redditus, quos in vſum earundem expenſarum erogare licitè poſſint, & tunc, quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expenſarum, quæ pro ipſomet tantùm Miſſæ ſacrificio neceſſariò ſunt ſubeundæ, & nihilominus eo etiam caſu curandum eſſe, vt ex pecunijs, quæ ſuperſunt, expenſis vt ſupra deductis, ab-

ſolutè

ſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot præſcriptæ fuerint ab offerentibus eleemoſynas.

Ad Octauum, non habere locum, ſed ſatis eſſe, vt Rector beneficij, qui poteſt Miſſam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemoſynam congruam, ſecundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ, niſi in fundatione ipſius beneficij aliud cautum fuerit.

Ad Nonum, debere abſolutè integram eleemoſynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem ſibi retinere poſſe.

Ad Decimum, reſpondit, non prohibere abſolutè: Ac propterea, etſi oneribus iam ſuſceptis non ſatisfecerint, poſſe tamen noua etiam onera ſuſcipere Miſſarum celebrandarum, dummodò infra modicum tempus poſſint omnibus ſatisfacere.

Ad Vndecimum, quamuis onera ſuſcepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, ſi tamen tribuens eleemoſynam pro aliarum Miſſarum celebratione, id ſciat, & conſentiat, vt illæ tunc demùm celebrentur, cùm ſuſceptis oneribus ſatisfactum fuerit, decretum non prohibere, quò minus eo caſu eleemoſyna accipiatur pro ijſdem Miſſis iuxtà benefactoris conſenſum celebrandis.

Ad Duodecimum, has pœnas non habere locum, niſi in ſuſcipientibus onera perpetua Miſſarum celebrandarum ſine licentia Epiſcopi, vel eius generalis Vicarij, aut Generalis, vel Prouincialis.

Ad Decimum tertium, Compræhendi.

Ad Decimum quartum, Non poſſe, niſi de conſenſu eorum, qui eleemoſynas tribuunt, vt ſupra in reſponſione ad Duodecimum.

Ad Decimum quintum, compræhendi etiam priuatos Sacerdotes.

Ad Decimum ſextum, numeri præfixionem eſſe iterùm fa-

A a cien-

ciendam ſeruata forma vltimi decreti hac de re editi.
Ad Decimum ſeptimum, eſse admittendos ad profeſſionem, ſi alias habiles exiſtant, ac deindè in aliquo alio Monaſterio eiuſdem religionis eſſe collocandos, vbi commodè ali poſſint.
Ad Decimum octauum, cenſuit compræhendere.
Ad Vltimum, habere locum etiam extrà Italiam.

Coſmus Card. de Torres.

Loco ✠ Sigilli.

Proſper Fagnanus Sac. Cong. Secr.

Summarium Bullæ Pauli III. ſuper erectione Societatis Sanctiſs. Corporis Chriſti.
§. *V.*

VT perpetuis futuris temporibus Sanctiſſimum Chriſti Corpus ea veneratione, ac cultu, qui illi debetur, non tàm in Eccleſijs aſſeruetur, ac adminiſtretur, quàm ad infirmos deferatur, mandat Sanctitas Sua, vt in quibuslibet Eccleſijs Parochialibus inſtituatur ſodalitas, ſiuè Societas tàm Virorum, quàm Mulierum ſub inuocatione Sanctiſſimi Corporis Chriſti.

1 Ipſis verò Confratribus, ac eorum ſingulis concedit omnia, & ſingula Priuilegia, Indulta, Exemptiones, Libertates, Immunitates, Indulgentias, etiam plenarias, & peccatorum remiſſiones, ac alias gratias ſpirituales, & temporales, à quocunq; Summo Romano Pontifice conceſſas,

&

& concedendas Confratribus Imaginis Saluatoris ad Sancta Sanctorum, & aliarum Eccleſiarum, & locorum Vrbis.

2 Confratres vtriuſq; ſexus, & eorum ſinguli in ingreſſu in Societatem, & ter in vita confeſſi, & Sacramento recepto plenariam ad inſtar Iubilei indulgentiam obtineat.

3 Capellani, & Miniſtri Societatis, eaſdem indulgentias Societatis conſequuntur.

4 Confratres omnes, vtriuſq; ſexus, ac eorum ſinguli aſſociantes Sanctiſſimum Sacramentum per ſe, vel impediti per alios, centum annos Indulgentiæ conſequuntur.

5 Mulieres Domi cum Campanæ ſignum audiunt, flexis genibus dicendo ſemel orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam, eandem Indulgentiam obtinent.

6 Confratres vtriuſque ſexus, qui qualibet ſexta feria cuiuslibet hebdomadæ totius anni, Eccleſiam, aut Altare vbi erit Sanctiſſimum Sacramentum deuotè viſitauerint, decem Annos, & totidem quadragenas Indulgentiæ conſequentur.

Confratres ad quæ obligantur ex eadem Bulla.

1 Confratres vtriuſq; ſexus ſingulis hebdomadis quinquies orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam recitent.

2 Confratrem infirmum viſitent, & ad Confeſſionem Communionemque adhortentur,

3 Per ſe, vel impediti per alios, facibus, ſeu cereis accenſis aſſocient Sanctiſſimum Sacramentum.

4 In eleuatione Corporis Chriſti in Miſſa ſolemni, quæ ſingulis menſibus vna Dominica celebratur, faces accenſas habeant.

5 Procurent Sacramentum honorificè accenſis lampadibus diù, noctùque conſeruari.

6 Curati ad Communionem infirmorum conuocent Confratres ſigno campanæ.

7 Rectores Parochialium Eccleſiarum teneantur obſeruare ſtatuta eiuſdem Societatis.

Indulgenze conceſſe da' Sommi Pontefici à quelli, ch'impareranno, ò inſegnaranno la Dottrina Chriſtiana, ò ſi faranno ſcriuere nella compagnia del medemo nome.

§. *VI.*

Da publicarſi più volte l'anno, e in particolare la prima Domenica di Maggio.

1 A Tutti quelli, ch'inſegnaranno, ò impareranno la Dottrina Chriſtiana, ò daranno aiuto, e fauore ad vn'opera così pia, dalla felice memoria di Pio V. ſi concede quaranta giorni d'Indulgenza.

2 A chi ſi farà ſcriuere per dar'aiuto à queſt'opera tanto neceſſaria per la ſalute dell'anime, confeſſato, e communicato ſi concede da Gregorio XIII. dieci anni, & altretante quarantene d'Indulgenza.

3 Confeſſandoſi, e communicandoſi due volte l'anno guadagna dieci anni, e dieci quarantene d'Indulgenza.

4 Per ciaſcheduna volta, che ſi occuperà nelle Scuole ad inſegnare detta Dottrina, guadagni cento anni d'Indulgenza.

5 I fratelli della Dottrina Chriſtiana ogni volta, che ſi congregaranno inſieme per beneficio, & vtilità d'vn'ope-

tra così ſanta, guadagnano cento giorni d'Indulgenza.
6 Confeſſandoſi, e communicandoſi i fratelli ogn'anno nel giorno dà preſcriuerſi dall'Ordinario, guadagneranno Indulgenza plenaria, e remiſſione di tutti i loro peccati.
7 In articolo di morte contriti, e confeſſati, guadagneranno Indulgenza plenaria.
8 Le quali Indulgenze ſono ſtate confermate, ampliate, e dilatate dalla felice memoria di Papa Gregorio XV.
9 Dalla glorioſa memoria di Papa Paolo V. ſi concede facoltà all'Archiconfraternità della Dottrina Chriſtiana, eretta nella Baſilica del Prencipe de gli Apoſtoli di Roma, ouero alli Confratelli della medema di potere aggregare tutte le Confraternità erette, e da erigerſi della medema Dottrina Chriſtiana, canonicamente in qual ſi voglia parte del Mondo, con la communicatione delle gratie, priuilegi, & Indulgenze eſpreſſe nella medema Bolla.

Editto Generale ſopra la Santa Inquiſitione per la terra, e Dioceſi di Nonantola, da publicarſi come nel medemo.

§. *VII.*

NOn eſſendoui coſa alcuna, che tanto debba eſſere a cuore a' Paſtori dell'anime, quanto il procurare, che la Santa Fede Cattolica, ſenza la quale impoſſibil'ſia piacere à Dio, dall'abbomineuole contagio dell'Hereſia, immacolata, & intatta ſi conſerui, per il che comandiamo a tutte, e ciaſcuna perſona ſoggette, ò di queſta giuriſdittione di qual ſi voglia conditione, ſtato, grado, ò dignità, così Eccleſiaſtica,

co-

come mondana, ſia quanto ſi voglia grande, in virtù di Santa Obedienza, e ſotto pena di Scommunica, oltre l'altre pene de' ſacri Canoni, Decreti, Conſtitutioni, e Bolle de' Sommi Pontefici impoſte, che fra quindici giorni proſſimi, de' quali i primi cinque aſſegniamo per il primo, gli altri cinque immediatamente per il ſecondo, e gli vltimi cinque per il terzo, vltimo, e perentorio termine, debbino a queſta Abbatial Cura, ouero al Sant'Officio di Modena, ò di Bologna riuelare, e notificare giuridicamente tutti, e ciaſcuno di quelli de' quali ſappino, ò habbino hauuto, ò haueranno notitia.

Che ſiano Heretici, ò ſoſpetti, ò diffamati d'Hereſia, ò credenti, ò fautori, ò ricettatori, ò difenſori loro, ò che habbino aderito, ò aderiſchino a' riti de' Gentili, ò de' Giudei, ò de' Maomettani, ò de' Saraceni, ò habbino apoſtatato dalla Santa Fede Chriſtiana, ò in qualunque modo eſpreſſamente, ò tacitamente habbino inuocato, inuochino, ò inuocheranno il Demonio, ò l'habbino honorato, honorino, ò honoreranno, ò habbino hauuto, habbino al preſente, ò ſiano per hauere patto, ò ſi ſiano ingeriti, ingeriſcanſi, ò s'ingeriranno in qualunque eſperimento ſi ſia di Magia, ò Negromantia, Incanteſimi, ò altre ſuperſtitioſe attioni, e maſſime con abuſo di coſe ſacre.

Giudei quali induceſſero, ò haueſſero indotti Chriſtiani à viuere conforme a' coſtumi loro, e ſi ſeruino, ò ſi ſeruiſſero di eſſi in quelle coſe, e attioni, che gli ſono prohibite da' ſacri Canoni, e Conſtitutioni Pontificie, ò che impediſſero altri Giudei à battezarſi, ò inſegnaſſero hereſie, ò incanteſimi, e altre coſe contro gli articoli di Santa Fede, che ſono communi a noi, & a loro.

Che ſiano perſone, che con ſacrilego ardire, non eſſendo Sacerdoti, s'habbino vſurpato, ò ſi vſurpino di celebrare la Meſſa, ò habbino preſonto, preſumino, ò giamai preſumeſſero di amminiſtrare il Sacramento della penitenza a i Fedeli

di

di Chriſto, ò che l'habbino abuſato, ò abuſano, ò ſollecitari li penitenti contro li Decreti, e Coſtitutioni Apoſtoliche, e ſingolarmente della ſanta memoria di Gregorio XV. e di Vrbano VIII.

Che habbino celebrato, ò celebrino occulti conuenticoli in materia di Religione.

Che contro Dio, ò Santi ſuoi, e ſingolarmente contro la Beatiſſima ſempre Vergine Maria Madre di Dio ſiano ſoliti proferire beſtemie hereticali, come al diſpetto, &c. puttana, &c. riniego, &c. ò dire parole hereticali contrarie a gli Articoli della ſanta Fede.

Che habbino impedito, impediſchino per ſe, ò per altri in qual ſi voglia modo la Santa Inquiſitione, ouero ſuoi Vfficiali nell'eſſeguire alcun'atto, cattura, proceſſo, ò ſentenza pertinente a quello, ò habbino offeſo, ò offendino, ò minaccino d'offendere nella robba, nella perſona, ò nell'honore alcun teſtimonio, ò denonciatore, ò Miniſtro d'eſſa Santa Inquiſitione per ſe, ò per altri in qual ſi voglia modo, ò conſegli; ò habbia conſigliato alcuna perſona a non confeſſare, ò a tacere la verità alla Santa Inquiſitione, ò eſortato a non denonciare, ò trattandoli da ſpia, ò con altri nomi odioſi, infami, e vituperoſi.

Che habbino, ò habbiano hauuti libri, ò ſcritti, i quali contenghino Ereſia, ò libri d'Eretici, che trattino di Religione, ſenza auttorità della Santa Sede Apoſtolica, ò che gli habbino letti, ò tenuti, ò ſtampati, ò fatti ſtampare, ò difeſi, ò li legano, tenghino, ſtampino, faccino ſtampare, ò difendino ſotto qual ſi voglia preteſto, ò colore. E queſto ſteſſo intendiamo, e comandiamo circa a' libri di Negromantia, Magia, Aſtrologia giudiciaria, conforme alla Conſtitutione di Noſtro Signore Vrbano Papa VIII. ò che contenghino Incanteſimi, Sortilegij, e ſimili ſuperſtitioni, maſſime con abuſo di coſe ſacre, & altri contenuti nominatamente, ò virtualmente eſpli-

eſplicitamente, ò implicitamente, coſi nel ſacro Indice Romano, come in altri Editti della Santa Inquiſitione. E quanto a quelli ſimilmente i quali habbino introdotto, introduchino, ò faccino introdurre nella noſtra Giuriſdittione, ò eſtrahere da eſſa i predetti, ò altri ſomiglianti libri.

Che ſiano perſone, che mangino, ò habbino mangiato carne, oua, ò latticinij ne i giorni prohibiti, ouero Hoſti, Albergatori, e che tenghino Camera locante, ò Paſticcieri, che habbino fatto, ò dato à mangiare carne, oua, e latticinij ne i giorni prohibiti a' Paſſaggieri, Foraſtieri, à quei che ſtanno à Camera locante, ò altri.

Dichiarando, che per la ſopradetta eſpreſſione de' caſi da noi ſpecificati, da riuelarſi come di ſopra, non eſcludiamo gli altri caſi ſpettanti alla Santa Inquiſitione, che per altro ne' ſacri Canoni, Cecreti, Conſtitutioni, e Bolle de' Sommi Pontefici ſono compreſi.

Auuertendo, e dichiarando, che à queſti noſtri Precetti non ſodisfaranno, ne s'intendono ſodisfare quelli, che con bollettini, ò lettere ſenza nome, e cognome dell'Auttore, ò in altre maniere incerte (delle quali niun conto ſi tiene nella Santa Inquiſitione) pretendeſſero reuelare i delinquenti.

E che quei, che ſanno, ò hanno hauuto, & hanno notitia di qual ſi voglia caſo ſpettante alla Santa Inquiſitione, e maſſime d'Ereſia, ſono tenuti, come ſopra, ſotto l'iſteſſe pene, e cenſure a denonciarli, nè ſono ſcuſati da qual ſi voglia conditione, ò longhezza di tempo; onde s'ingannano quelli, che penſano, per eſſere traſcorſi dieci, quindici, ò vent'anni, non eſſer più obligati a denonciare i caſi alla Santa Inquiſitione, (il che però s'intende di quelli, che non hanno mai ſodisfatto, ò denonciato.)

E che dalla detta Scommunica, e pene nelle quali i diſubbedienti incorreranno, niuno, ſe non dal ſupremo Tribunale del Sant'Officio di Roma potrà eſſere aſſoluto, ſe prima riue-

lan-

lando, ò notificando li detti Eretici, od altri, come di ſopra ſoſpetti d'Ereſia, non hauerà ſodisfatto alla Santa Inquiſitione.

E però auuiſiamo, e nel Signore ammoniamo tutti li Fedeli a noi ſoggetti, che hauendo cognitione di qual ſi voglia caſo ſpettante alla Santa Inquiſitione, per zelo dell'honor Diuino, per difeſa della ſanta Fede, e per l'eſtirpatione dell'ereſie (delle quali non v'è coſa peggiore, per l'obligo delle Cenſure, e Scommuniche come di ſopra) voglino caritatiuamente denonciarli, ſprezzando i falſi abuſi, che in ciò il demonio per ſdegno, & ira hà poſti nel mondo, volendo in queſta maniera diſturbare così pio, e ſanto vfficio, i quali ſono il temere, eſſere chiamati accuſatori, ſpie, e ſimili, il non voler'eſſere per queſti atti ſtimati infami, indegni della conuerſatione honorata del Mondo; imperoche chi ben conſidera, ritrouerà che vfficio tale, nel quale ſi difende l'honor Diuino, la Santa Fede, merita non titoli, e nomi ſodetti, ma più toſto epitetti di Caualiero di Chriſto, difenſore della Santa Fede Cattolica, e zelante dell'honor Diuino, oltre che ſaranno tenuti ſecretiſſimi.

Auuertiamo tutti li Reuerendi Confeſſori, che con ogni diligenza cerchino, & inueſtighino da' ſuoi Penitenti ſe ſanno alcune delle ſudette coſe, auuiſandoli, che non denonciandole come di ſopra, non li poſſono aſſoluere, e ſe ſaranno in ciò mancheuoli, ò negligenti, ſaranno puniti.

Et accioche queſti ordini noſtri venghino à notitia di tutti, e neſſuno poſſa pretendere ignoranza, comanndiamo in virtù dello Spirito Santo, e di Santa Obedienza, e ſotto pena della ſoſpenſione de' ſuoi vfficij, à tutti li Reuerendi Rettori delle Chieſe di queſta Dioceſi, e Giuriſdittione, anco per particolare ordine de gli Eminentiſſimi, e Reuerendiſſimi Signori Cardinali Generali Inquiſitori, che li debbano publicare tre volte l'anno, cioè in vna Domenica dell'Auuento, in

vn'altra della Quareſima, e nella feſta del Corpus Domini, in tempo, che ſia in Chieſa maggior concorſo, e numero de' popoli, le quali coſe comandiamo ancora alli Reuer. Abbati, Priori, e Preſidenti de' Conuenti, e Caſe de' Religioſi, Confeſſori delle Suore, conforme al decreto della Santità di Noſtro Signore, publicato alli 15. Ottobre 1624. in materia delle penitenti, che ſono ſtate ſollecitate, &c. che reſpettiuamente l'eſequiſcano con i ſudditi loro, e che delle due copie, quali li mandaremo di queſto noſtro Editto, vna ne debbino far'attaccare alla porta principale delle loro Chieſe in tal modo, che non ſi poſſi leuare, ſe non con violenza, e l'altra l'habbino a conſeruare nelle Sagreſtie loro, per memoria di douerſi oſſeruare i predetti Ordini. Raccordiamo, e comandiamo l'oſſeruanza dell'Editto de' libri prohibiti.

Comandiamo ſotto l'iſteſſa pena di Scommunica, e Cenſure ſopradette, che niuno habbia ardimento per sè, ò per altri leuare, ſtracciare, radere, caſſare, & occultare li preſenti noſtri Editti, Ordini, e Comandamenti.

Dato in Nonantola li 7. Maggio 1658.

Ceſare Panimolle Vic. Gen.

Editto ſopra l'oſſeruanza delle Feſte, da publicarſi come nel fine del medemo.

§. VIII.

NOn ſi può dal genere humano, per i continui beneficij riceuuti dalla diuina liberalità, con mezo più efficace eſprimere l'effetto della douuta gratitudine, quanto con il ſolennizare alcuni giorni dell'anno dedicati in honor ſuo, e de' ſuoi Santi, la ſtima di tal'oſſeruanza è ſtata così in ogni tempo

ha-

hauuta in grado da Dio N. S. ch'egli medemo, doppo hauer creata la marauiglioſa machina del mondo, *requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quòd patrarat*; mà dal diuino inſegnamentò, e precetto hà così declinato la Chriſtiana pietà, che hoggi non ſi fà differenza alcúna da' giorni feſtiui, à quelli di lauoro; per il che prouocata grandemente la ſua indignatione ſopra di noi, acciò non ci dimoſtri con nuoui flagelli di calamitoſi auuenimenti la grauezza di così notabile mancamento, habbiamo riſoluto, confidati nell'aiuto celeſte, di preuenire con i rimedij opportuni in negotio di tanta conſeguenza, à beneficio della ſalute dell'anime.

Hauendo dunque la Santità di Noſtro Sig. Vrbano VIII. di felice memoria, con particolar conſtitutione, che comincia *Vniuerſa*, ſotto li 13. Settembre 1642. (altre volte publicata in queſta Dioceſi) ſtabilite le Feſte, che da' Fedeli ſi deuono vniuerſalmente di precetto oſſeruare, reduciamo per tanto alla memoria di ciaſcheduno con paterno affetto, che contrauenendoſi all'oſſeruanza delle medeme, oltre il peccato mortale, ſaranno anco à noſtro arbitrio puniti li traſgreſſori, ſecondo la loro conditione, qualità dell'opra, e circonſtanze del tempo, e del luoco, ò del ſcandalo, che aggraueranno, ò ſminuiranno la grauezza della diſobedienza; mà per maggior quiete dell'anime, e chiarezza delle coſcienze, l'opere prohibite, e le più communi tollerabili ſi doueranno intendere nella forma infraſcritta.

Attioni prohibite, & indiſpenſabili per tutto il giorno della Feſta.

NE' giorni feſtiui incominciando nella meza notte precedente, e terminando nella meza ſeguente, ſi prohibiſce à qualunque perſona di qual ſi voglia grado, ſeſſo, e conditione il tenere aperte Botteghe, ò altri luoghi, ne'

quali ſi tengono, e vendono merci, doue ſi ſogliono far lauorieri di qual ſi voglia ſorte, e tanto maggiormente l'operare, e lauorar'in eſſi, ò in qualunque altro luogo, come anco giunger boui, caricare merci sù carri, ò animali; lauorare in terra, e generalmente l'eſercitare alcun'altra opera ſeruile, e ſecondo il ſenſo di Santa Chieſa illecita in detto tempo.

Eſpreſſamente ſi prohibiſce à tutti li Padroni, & Affittatori di Poſſeſſioni, Luoghi, Caſali, Vigne, & altri territorij, che non conduchino in giorno di feſte lauoratori ſotto l'infraſcritte pene da eſſeguirſi irremiſſibilmente, eccettuati però i caſi da dirſi à baſſo, dichiarando anco atti illeciti, e prohibiti.

Li Mercati, e Fiere, eccettuate quelle, che per antica conſuetudine ſono ſin'hora ſtate tollerate.

Li contratti, & atti giuditiali in ſimile tempo reprobati.

Il tener ſcuola di ſchermire, ballare, ſaltare, e d'altri ſimili eſercitij.

L'eſercitio de' Ciarlatani, Cantimbanchi, Giuocolatori, Ciurmatori, e ſimili, prima che ſijno ſonate le 22. hore.

Tutti li giuochi prohibiti, di fortuna, ò di ſorte, come carte, dadi, orologio, e ſimili.

Gli altri giuochi non prohibiti, come palla, pallone, e anco li balli nelle ſtrade, e luoghi publici, mentre s'inſegna la Dottrina Chriſtiana; nè mai ſimili attioni ſi faccino eriandio ne' giorni di lauoro auanti le Chieſe, e' Monaſterij, mà lontano da detti luoghi dieci pertiche, ſotto pene à noi arbitrarie, ſecondo la qualità del fatto.

Mà perche non intende Santa Chieſa d'obligare con tanto rigore all'oſſeruanza di queſto precetto, come ſi faceua nel tempo del Vecchio Teſtamento, ſi eccettuano i ſeguenti artificij, & operarij con la dichiaratione infraſcritta.

Quel che ſi tollera nelli giorni di Feſta.

A' Giudici di poter dare il giuramento giuditiale per cauſa di pace, ò altro caſo di neceſſità, ſpedire gli eſſami de' teſtimonij giurati in giorno non feriato, pigliar'informationi, querele, ſicurta, far rilaſſi de' carcerati, ſequeſtri di robbe, ne' caſi permeſſi per neceſſità, ordinare citationi, e comandamenti.

A' Notari il fare, e rogarſi de' Teſtamenti, ò di altro contratto, che non ſi poſſi differire ſenza danno euidente.

A' Barbieri ſarà lecito di cauar ſangue, denti, metter ventoſe, medicar feriti, e fare ſimili ſeruitij a gl'infermi.

A' Bottegari, che non hanno altro adito alle loro habitationi, ſe non per l'vſcio della Bottega, non ſi vieta loro aprire detto vſcio, pur che non vendino le lor merci.

